IV. 21. Weh dir Corozain / weh dir Bethsaida: Dan wan zu Tyro / und Sidon die Wunderthaten geschehen wären / die unter euch geschehen seynd / sie hätten vorlängst im Härinkleyd / und in der Aschen Buß gethan.

22. Aber ich sag euch; es wird Tyro / und Sidon erträglicher fallen am Tag deß Gerichts / dan euch.

23. Und du Capharnaum / wirst du nit biß an den Himmel erhoben werden? Du wirst biß in die Höll himunter fahren. Dan wan zu Sodoma die Wunderthaten geschehen wären / welche in dir geschehen seynd / so wär sie villeicht bliben biß auf den heutigen Tag.

24. Aber ich sage euch: Es wird dem Land dern zu Sodoma / am Tag deß Gerichts erträglicher fallen / dan dir.

V. 25. Zu derselbigen Zeit antwortete JEsus / und sprach: Ich preyse dich / Vatter / du HErr deß Himmels / und der Erden / daß du diß vor den Weisen / und Verständigen verborgen hast / und hast es den Kleinen offenbaret.

26. Ja Vatter: dan also ist es wolgefällig gewesen vor dir.

27. Alle Ding seynd mir übergeben von meinem Vatter. Und niemand kennet den Sohn / als der Vatter: niemand kennet auch den Vatter / als der Sohn: und wem es der Sohn will offenbaren.

28. Kommet alle zu mir / die ihr mit Müh / und Arbeit beladen seyd / und Ich will euch erquicken.

29. Nehmet mein Joch auf euch / und lehrnet von mir / dan Ich bin sanfftmüthig / und demüthig von Hertzen: so werdet ihr Ruh finden für eure Seelen.

30. Dan mein Joch ist süß / und mein Bürd ist leicht.

Das XII. Capitel.

I. Christus entschuldiget seine Jünger / daß sie am Sabbat die Aeheren außgeropfft / 1.

II. Heylt eine verdorrte Hand / und erweist daß es nit wider das Gebott sey / am Sabbat gesund machen / 9.

III. Treibt

III. Treibet einen Teufel auß / und widerlegt der Phariseer Gottslästerung / daß er die Teufel nit durch Beelzebub außtreibe / 22.

IV. Den Schrifftgelehrten / so ein Zeichen begehren / gibt Er das Zeichen Jonä / und vermeldet / daß die Niniviter / werden die unglaubige Juden am Tag deß Gerichts verdammen / 38.

V. Nennet die jenige seine Mutter und Brüder / so den Willen seines Vatters thun / 46.

III. Dæmoniacum, cæcum & mutum curat, & Pharisæos ipsum in Beelzebub ejicere dæmonia blasphemantes refutat, dicens blasphemiam in Spiritum sanctum esse irremißibilem. 22.

IV. Scribis & Pharisæis signum petentibus, dicit dandum signum Jonæ. 38.

V. Docet quæ mater & fratres ipsius sint. 46.

1. ZU derselbigen Zeit gieng JEsus durch die Saat *a* am Sabbat: seine Jünger aber waren hungerig / und fiengen an die Aehrn außzuropffen / und zu essen.

2. Als nun die Phariseer das sahen / sprachen sie zu ihm: Sihe / deine Jünger thun / das ihnen nit gezimt zu thun am Sabbath.

3. Er aber sprach zu ihnen: Habt ihr nit gelesen / was David thäte / da ihn hungerte / sambt denen / die bey ihm waren:

4. Wie er zum Hauß GOttes hinein gieng / und aß die Schaubrod welche doch ihm nit gezimte zu essen / noch denen / die bey ihm waren / sondern allein den Priestern?

5. Oder habt ihr nit gelesen im Gesatz / daß die Priester am Sabbath im Tempel den Sabbath brechen / und seynd gleichwohl ohn Schuld?

6. Ich sage euch aber / daß allhier einer ist / der grösser ist / dan der Tempel.

7. Wan ihr aber wüßtet / was das sey: Ich will Barmhertzigkeit / und nit Opffer: so würdet ihr die Unschuldige nimmer verdammt haben.

8. Dan deß Menschen Sohn ist auch ein HErr deß Sabbats.

II. 9. Als er nun von dannen fort gieng / kam er in ihre Synagog.

10. Und sihe / es war ein Mensch / der hatte eine verdorrte Hand / und sie fragten Ihn / und sprachen: mag man auch am Sabbat gesund machen? auf daß sie ihn beschuldigen möchten.

11. Er aber sprach zu ihnen: Welcher Mensch ist unter euch / der ein Schaf hat / und wan ihm dasselbig am Sabbat in eine Gruben fällt / wird ers nit ergreiffen / und aufheben?

12. Wie vil besser ist nun der Mensch dan ein Schaf? derowegen mag man wol Guts thun am Sabbat.

13. Da sprach Er zu dem Menschen: Strecke deine Hand auß. Und er streckete sie auß / und sie ward ihm widerum gesund / gleich der andern.

14. Die Phariseer aber giengen hinauß / und hielten einen Rath wider ihn / wie sie ihn umbs Leben brächten.

15. Aber JEsus / dieweil Er solches wußte / wi-

a besäete Aecker.

1. IN illo tempore abiit Jesus *a* per sata sabbato: discipuli autem ejus esurientes cœperunt vellere spicas, & manducare. *a Marc. 2. 23. Luc. 6. 1.*

2. Pharisæi autem videntes, dixerunt ei: Ecce, discipuli tui faciunt, quod non licet facere sabbatis.

3. At ille dixit eis: Non legistis *b* quid fecerit David, quando esuriit, & qui cum eo erant: *b 1. Reg. 21. 6.*

4. quomodo intravit in domum Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his, qui cum eo erant, *c* nisi solis sacerdotibus? *c Lev. 24. 9.*

5. Aut non legistis in lege, *d* quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, *e* & sine crimine sunt? *d Num. 28. 9.* *e vitulos mactando, excoriando &c.*

6. Dico autem vobis, quia templo major est hic.

7. Si autem sciretis, quid est: *f* Misericordiam volo, & non sacrificium: numquam condemnassetis innocentes: *f 1. Reg. 15. 22. Eccles. 4. 17. Osee 6. 6. Sup. 9. 13.*

8. Dominus enim est filius hominis etiam sabbati.

II. 9. Et cùm inde transisset, venit in synagogam eorum.

10. *g* Et ecce homo manum habens aridam, & interrogabant eum, dicentes: Si licet sabbatis curare? ut accusarent eum. *g Marc. 3. 1. Luc. 6. 6.*

11. Ipse autem dixit illis: *h* Quis erit ex vobis homo, qui habeat ovem unam, & si ceciderit hæc sabbatis in foveam, nonne tenebit, & levabit eam? *h Deut. 22. 4.*

12. Quantò magis melior est homo ove? Itaque licet sabbatis benefacere.

13. Tunc ait homini: Extende manum tuam. Et extendit, & restituta est sanitati sicut altera.

14. Exeuntes autem Pharisæi, consilium faciebant adversus eum, quomodo perderent eum.

15. Jesus autem sciens recessit inde:

i *Isaia* 42.1
k servus filius meus.
l prædicabit.
m i. ellychnium.
n q. d. fovebit infirmos.
o i. faciat ut justitia prævaleat.
p in ipso.
q Messias Davidi promissus.
r *Sup.* 9.34. *Marc.* 3.22 *Luc.* 11.15.
s *Luc.* 11.17
t ut vos dicitis.
u & virtute spiritus.
x instrumenta & arma.
y *Marc.* 3. 28. & 29. *Luc.* 12.10.
z qua quis sciens & volens Dei opera calumniatur

& secuti sunt eum multi, & curavit eos omnes:

16. & præcepit eis ne manifestum eum facerent.

17. Ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam Prophetam, dicentem:

18. *i* Ecce puer *k* meus, quem elegi, dilectus meus, in quo benè complacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, & judicium gentibus nuntiabit. *l*

19. Non contendet, neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem ejus:

20. arundinem quassatam non confringet, & linum *m* fumigans non extinguet *n*, donec ejiciat ad victoriam judicium. *o*

21. & in nomine *p* ejus gentes sperabunt.

III. 22. Tunc oblatus est ei dæmonium habens, cæcus, & mutus, & curavit eum ita ut loqueretur, & videret.

23. Et stupebant omnes turbæ, & dicebant: Numquid hic est filius David. *q*

24. *r* Pharisæi autem audientes, dixerunt: Hic non ejicit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum.

25. Jesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis: *s* Omne regnum divisum contra se, desolabitur: & omnis civitas, vel domus divisa contra se, non stabit.

26. Et si satanas satanam ejicit *t*, adversùs se divisus est: quomodo ergo stabit regnum ejus?

27. Et si ego in Beelzebub ejicio dæmones, filii vestri in quo ejiciunt? Ideò ipsi judices vestri erunt.

28. Si autem ego in spiritu *u* Dei ejicio dæmones, igitur pervenit in vos regnum Dei.

29. Aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa *x* ejus diripere, nisi priùs alligaverit fortem? & tunc domum illius diripiet.

30. Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit.

31. *y* Ideò dico vobis: Omne peccatum, & blasphemia remittetur hominibus, spiritûs autem blasphemia *z* non remittetur.

32. Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum sanctum,

che von dannen. Und es folgeten ihm vil nach/ und Er machte sie alle gesund:

16. Und Er befahl ihnen/ daß sie Ihn nit offenbaren solten.

17. Damit erfüllet wurde/ was gesagt ist durch den Propheten Isaiam/ der da spricht:

18. Sihe/ das ist mein Knecht/ den Ich außerwählet hab/ mein Geliebter/ an welchem meine Seel ein Wolgefallen hat. Ich will meinen Geist auf ihn legen/ und Er wird den Heyden das Recht verkündigen.

19. Er wird nit zancken noch schreyen/ und niemand wird seine Stimm auf den Gassen hören.

20. Ein zerstossenes Rohr wird Er nit zerbrechen/ und ein rauchenden Dacht wird Er nit außlöschen/ biß daß Er das Gericht zum Sig außführe:

21. Und die Heyden werden auf seinen Namen hoffen.

III. 22. Da ward einer zu Ihm gebracht/ der vom Teufel besessen/ auch blind und stumm war/ und Er halff ihm/ also daß er redete und sahe.

23. Und das gantze Volck entsetzte sich/ und sie sprachen: Ist diser nit der Sohn Davids?

24. Da es aber die Phariseer höreten/ sprachen sie: Diser treibet die Teufel nit anderst auß/ dan durch Beelzebub/ den Obersten der Teufel.

25. Dieweil aber JEsus ihre Gedancken wußte/ sprach Er zu ihnen: ein jedes Reich/ das wider sich selbst zertrennet ist/ wird verwüstet werden: und eine jegliche Stadt/ oder Hauß/ so wider sich selbst zertrennet ist/ wird nit bestehen.

26. So dan ein Teufel den andern außtreibet/ so ist er wider sich selbst zertrennet: wie mag dan sein Reich bestehen?

27. Und so Ich durch Beelzebub die Teufel außtreibe/ durch wen treiben sie dan eure Kinder auß? Darumb werden sie auch eure Richter seyn.

28. So ich aber durch den Geist GOttes die Teufel außtreibe/ so ist ja das Reich GOttes zu euch kommen.

29. Oder wie kan jemand in eines starcken Hauß kommen/ und sein Haußrath rauben/ es sey dan/ daß er zuvor den starcken gebunden habe? Alsdan wird er sein Hauß plündern.

30. Wer nit mit mir ist/ der ist wider mich: und wer nit mit mir samlet/ der zerstreuet.

31. Darumb sage ich euch: Alle Sünd und Lästerung wird den Menschen vergeben/ aber die Lästerung wider den Geist wird nit vergeben werden:

32. Und wer ein Wort redet wider deß Menschen Sohn/ das wird ihm vergeben werden: wer aber wider den Heil. Geist redet/ das wird ihm nit vergeben

geben werden / weder in diser / noch in der künfftigen Welt.

33. Machet entweder den Baum gut / und seine Frucht gut: oder machet den Baum böß und seine Frucht böß: sintemal der Baum an der Frucht erkannt wird.

34. Ihr Natterzucht / wie könnet ihr guts reden / dieweil ihr böß seyd? dan auß der Völle deß Hertzen redet der Mund.

35. Ein guter Mensch bringet auß seinem guten Schatz guts hervor: und ein böser Mensch bringet auß seinem bösen Schatz böses hervor.

36. Ich sage euch aber / daß die Menschen von einem jeglichen unnützen Wort / das sie geredet haben / am Tag deß Gerichts werden Rechnung geben müssen.

37. Dan auß deinen Worten wirst du gerechtfertiget werden / und auß deinen Worten wirst du verdammt werden.

IV. 38. Da antworteten ihm etliche von den Schrifftgelehrten / und Pharisäern / und sprachen: Meister / wir begehren ein Zeichen von dir zu sehen.

39. Und er antwortete / und sprach zu ihnen: Das böse / und ehebrecherische Geschlecht sucht ein Zeichen: und es wird ihm kein anders Zeichen gegeben werden / als das Zeichen Jonä deß Propheten.

40. Dan gleichwie Jonas drey Tag / und drey Nacht im Bauch deß Wallfischs gewesen ist / also wird auch deß Menschen Sohn drey Tag / und drey Nacht im Hertzen der Erden seyn.

41. Die Männer zu Ninive werden im Gericht wider diß Geschlecht auffstehen und es verdammen: dan sie haben auf die Predig Jonä Buß gethan. Und sihe / es ist hie mehr / dan Jonas.

42. Die Königin vom Mittag wird im Gericht wider diß Geschlecht auffstehen / und dasselbig verdammen: dan sie ist vom End der Erden kommen / die Weißheit Salomonis zu hören: und sihe / es ist hie mehr / dan Salomon.

43. Wan aber der unreine Geist vom Menschen außfahret / so wandlet er durch dürre Oerter / und suchet Ruh / und findet sie nit.

44. Alsdan spricht er: Ich will wider umbkehren in mein Hauß / darauß ich gangen bin. Und wan er kommt / so findet ers müßig / mit Besen gekehret und geschmucket.

45. Darauf gehet er hin / und nimbt siben andere Geister zu sich / welche ärger seynd / dan er selbst / und wan sie hinein kommen wohnen sie allda: und es wird das Letzte desselbigen Menschen ärger / dan das Erst. Also wirds auch seyn mit disem allerärgesten Geschlecht.

non remittetur ei neque in hoc sæculo, neque in futuro.

33. Aut facite arborem bonam, & fructum ejus bonum: aut facite arborem malam, & fructum ejus malum: siquidem ex fructu arbor agnoscitur.

34. Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cùm sitis mali? *a* ex abundantia enim cordis os loquitur. *a Luc. 6. 45.*

35. Bonus homo de bono thesauro profert bona: & malus homo de malo thesauro profert mala.

36. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii.

37. Ex verbis enim tuis justificaberis *b*, & ex verbis tuis condemnaberis. *b justus declaraberis.*

IV. 38. Tunc † responderunt ei quidam de Scribis & Pharisæis, dicentes: Magister, volumus à te signum videre. † FER. 4. QUAT. TEMP. QUADR.

39. Qui respondens ait illis: *c* Generatio mala, & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei nisi signum *d* Jonæ Prophetæ. *c Infr. 16. 4. Luc. 11. 29. 1. Cor. 1. 22. d Jon. 2. 1.*

40. Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus; sic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.

41. *e* Viri Ninivitæ surgent in judicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ. Et ecce plus quàm Jonas hic. *e Jon. 3. 5.*

42. Regina austri surget in judicio cum generatione ista, & condemnabit eam: *f* quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, & ecce plùs quam Salomon hic. *f 3. Reg. 10. 1. 2. Par. 9. 1.*

43. *g* Cùm autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non invenit. *g Luc. 11. 24.*

44. Tunc dicit: Revertar in domum meam, unde exivi. Et veniens invenit eam vacantem, scopis mundatam, & ornatam. *h* *h vanæ gloriæ ac[illegible]tis.*

45. Tunc vadit & assumit septem *i* alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi: *k* & fiunt novissima hominis illius pejora prioribus. Sic erit & generationi huic pessimæ. *i i. multos. k 2 Pet. 2. 20.*

l Marc. 3, 31. *Luc.* 8. 19.
m conſobrini ſeu cognati.

V. 46. *l* Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater ejus, & fratres *m* ſtabant foris, quærentes loqui ei.

47. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua, & fratres tui foris ſtant quærentes te.

n ſc. non negat cognationem naturæ ſed præfert conjunctionem gratiæ

48. At ipſe reſpondens dicenti ſibi, ait: Quæ eſt mater *n* mea, & qui ſunt fratres mei?

49. Et extendens manum in diſcipulos ſuos, dixit: Ecce mater mea, & fratres mei.

50. Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt: ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt. *

CAPUT XIII.

I. Sedens in navicula explicat virtutem, fructus & impedimenta Evangelii primo per parabolas ſeminantis 3. ac zizaniorum. 24.

II. Per parabolas de grano ſynapis, 31. de fermento, 33. de theſauro 44. & margarita inventis; 45. de reti in mare miſſo. 47.

III. Hanc declarat ipſe; denique docet prophetam non eſſe ſine honore niſi in propria patria. 49.

1. IN illo die exiens Jeſus de domo, ſedebat ſecus mare.

a Mar. 4. 1. *Luc.* 8. 4.

2. *a* Et congregatæ ſunt ad eum turbæ multæ, ita, ut in naviculam aſcendens ſederet: & omnis turba ſtabat in littore:

I. 3. & locutus eſt eis multa in parabolis, dicens: Ecce exiit qui ſeminat, ſeminare.

4. Et dum ſeminat, quædam ceciderunt ſecus viam, & venerunt volucres cæli, & comederunt ea.

5. Alia autem ceciderunt in petroſa, ubi non habebant terram multam: & continuò exorta ſunt, quia non habebant altitudinem *b* terræ.

b profunditatem.
c æſtu percuſſa ſunt.

6. Sole autem orto æſtuaverunt *c*: & quia non habebant radicem, aruerunt.

7. Alia autem ceciderunt in ſpinas: & creverunt ſpinæ, & ſuffocaverunt ea.

8. Alia autem ceciderunt in terram bonam: & dabant fructum, aliud centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud trigeſimũ.

d mentis.

9. Qui habet aures *d* audiendi, audiat.

10. Et accedentes diſcipuli dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis?

e indignis & incredulis.
f Infr. 25. 29.
g ut debet.

11. Qui reſpondens, ait illis: Quia vobis datum eſt noſſe myſteria regni cælorum: illis *e* autem non eſt datum.

12. *f* Qui enim habet *g* dabitur

V. 46. Und als er noch alſo zu dem Volck redete / ſihe / da ſtunden ſeine Mutter / und ſeine Brüder darauſſen/ und begehrten ihn anzuſprechen.

47. Und einer ſprach zu ihm: Sihe deine Mutter/ und deine Brüder ſtehen darauſſen/ und ſuchen dich.

48. Er aber antwortete/ und ſprach zu dem/ der es ihm anſagete: Wer iſt meine Mutter/ und welche ſeynd meine Brüder?

49. Und er ſtreckte die Hand auß über ſeine Jünger/ und ſprach: Sihe / da iſt meine Mutter/ und meine Brüder.

50. Dan wer den Willen thut meines Vatters/ der im Himmel iſt/ derſelbig iſt mein Bruder/ und Schweſter und Mutter.

Das XIII. Capitel.

I. Chriſtus erkläret die Krafft / Frucht / und Verhinderung deß Evangeliums / erſtlich durch die Gleichnuß deß Seemanns Saamen/ 3. und Unkrauts/ 24.

II. Durch die Gleichnuß deß Senfftkörnleins/ 31. deß Saurtäigs / 33. verborgenen Schatzes / 44. köſtlichen Perleins / 45. Fiſchnetzes/ 47.

III. Diſe leget er auß v. 49.

1. AN demſelbigen Tag gieng JEſus auß dem Hauß/ und ſetzte ſich an das Meer.

2. Und es verſamblete ſich vil Volcks zu Jhm / alſo / daß er in ein Schifflein tratt / und ſich nidersetzete: und alles Volck ſtund am Ufer:

I. 3. Und er redete vil zu ihnen in Gleichnuſſen/ und ſprach: Sihe/ ein Seemann gieng auß zu ſäen.

4. Und indem er ſäete fiel etlichs an den Weeg/ und die Vögel deß Himmels kamen / und fraſſen daſſelbig.

5. Das ander aber fiel auf einen ſteinechten Grund/ da es nit vil Erden hatte: und es gieng alsbald auf / dieweil es die Tieffe der Erden nit hatte.

6. Als aber die Sonn aufgangen war / da verhitzte es/ und verdorrete / dieweil es keine Wurtzel hatte.

7. Das andere aber fiel unter die Dörner: und die Dörner wuchſen auf/ und erſtickten es.

8. Das andere aber fiel auf ein gutes Land: und brachte Frucht/ etlichs hundertfältige / etlichs ſechtzigfältige / etlichs dreyſſigfältige.

9. Wer Ohren hat zu hören / der höre.

10. Und die Jünger tratten hinzu/ und ſprachen zu ihm: warum redeſt du zu ihnẽ durch Gleichnuſſen?

11. Er antwortete / und ſprach zu ihnen: Darumb/ daß euch gegeben iſt/ die Geheimbnuſſen deß Himẽlreichs zuverſtehen: ihnen aber iſts nit gegebẽ.

12. Dan wer hat/ dem wird gegeben werden / und

und er wird die Fülle haben: wer aber nit hat/ von demselbigen wird auch genommen werden/ was er hat.

13. Darumb rede Ich zu ihnen durch Gleichnussen: Dieweil sie sehend nit sehen/ und hörend nit hören/ noch verstehen.

14. Und es wird an ihnen erfüllet die Weissagung Isaiä/ der da spricht: Mit dem Gehör werdet ihrs hören/ und nit verstehen? und mit Augen werdet ihrs sehen/ und doch nit sehen.

15. Dan das Hertz dises Volcks ist verstockt/ und sie hören schwerlich mit den Ohren/ und thun ihre Augen zu: auf daß sie es nit dermaleins mit den Augen sehen/ und mit den Ohren hören/ und mit dem Hertzen verstehen/ und sich bekehren/ damit ich sie gesund mache.

16. Aber seelig seynd eure Augen/ dieweil sie sehen/ und eure Ohren/ dieweil sie hören.

17. Dan warlich sag ich euch/ daß vil Propheten und Gerechte begehret haben zu sehen/ was ihr sehet/ und habens nit gesehen/ und zu hören/ was ihr höret/ und habens nit gehöret.

18. So höret ihr nun die Gleichnuß vom Seemann.

19. Wan jemand das Wort vom Reich höret/ und nit verstehet/ alsdan kommt der Böß/ und reisset hinweg/ was in seinem Hertzen gesäet war: diser ists der an den Weeg gesäet ist.

20. Der aber auf den steinechten Grund gesäet ist/ das ist der so das Wort höret/ und dasselbig alsbald mit Freuden annimbt.

21. Er hat aber in ihm selbst keine Wurtzel/ sondern hält sich eine Zeit lang. Wan aber Trübsaal und Verfolgung sich erhebt umb deß Worts willen/ so ärgert er sich alsbald.

22. Der aber unter die Dörner gesäet ist ist der/ so das Wort höret und die Sorg diser Welt/ und der Betrug der Reichthum erstecket das Wort/ und es wird unfruchtbar.

23. Der aber in das gute Land gesäet ist/ ist der/ so das Wort höret/ und dasselbig verstehet/ und Frucht bringet da gibt eins hundertfältig/ das ander aber sechtzigfältig/ und das dritte dreyßigfältig.

24. Er hielt ihnen auch ein andere Gleichnuß für/ und sprach: Das Himmelreich ist gleich worden einem Menschen/ der guten Saamen auf seinen Acker säete.

25. Als aber die Leut schlieffen/ da kam sein Feind/ und säete Unkraut unter den Weitzen/ und gieng hinweg.

ei, & abundabit: qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo.

13. Ideò in parabolis loquor eis: quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt.

14. Et adimpletur in eis prophetia Isaiæ dicentis: *h* Auditu audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis. *i*

15. Incrassatum est enim cor populi hujus, & auribus graviter audierunt, & oculos suos clauserunt *k*: ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, & sanem eos.

16. Vestri autem beati oculi quia vident, & aures vestræ, quia audiunt.

17. *l* Amen quippe dico vobis, quia multi prophetæ, & justi cupierunt videre, quæ videtis, & non viderunt; & audire quæ auditis, & non audierunt.

18. Vos ergo audite parabolam seminantis.

19. Omnis qui audit verbum regni, & non intelligit, venit malus *m*, & rapit quod seminatum est in corde ejus: hic est qui secus viam seminatus est.

20. Qui autem super petrosa seminatus est, hic est, qui verbum audit, & continuò cum gaudio accipit illud:

21. non habet autem in se radicem, sed est temporalis *n*. Facta autem tribulatione & persecutione propter verbum, continuò scandalizatur. *o*

22. Qui autem seminatus est in spinis, hic est, qui verbum audit, & solicitudo sæculi istius, & fallacia divitiarum suffocat verbum, & sine fructu efficitur.

23. Qui verò in terram bonam seminatus est, hic est, qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidem centesimum *p*, aliud autem sexagesimum, aliud verò trigesimum.

24. *q* Aliam parabolam proposuit illis, dicens: † Simile factum est regnum cælorum homini *r*, qui seminavit bonum semen in agro suo.

25. Cùm autem dormirent homines *s*, venit inimicus ejus *t*, & superseminavit zizania in medio tritici, & abiit.

h Isaiæ 6. 9. Marc. 4. 12. Luc. 8. 10. Ioan. 12. 40. Act. 28. 26. Rom. 11. 8.
i sc. secundùm septuag.
k Lumini & doctrinæ Christi.
l Luc. 10. 24.
m diabolus.
n inconstans.
o discedit à doctrina & lege.
p ecce gradus meritorum.
q Marc. 4. 26.
† Dom. 5. post Epiph. vel 26. post Pentec.
r Christo.
s præsertim præsides & præsules.
t diabolus.

26. Cùm autem crevisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania.

27. Accedentes autem servi patrisfamilias, dixerunt ei: Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania?

28. Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei: Vis, imus, & colligimus ea?

29. Et ait: Non: ne fortè colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum.

30. Sinite utraque crescere usque ad messem, & in tempore messis dicam messoribus: Colligite primùm zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum.*

II. 31. *u* Aliam parabolam proposuit eis dicens: † Simile est regnum cælorum *x* grano synapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo:

32. quod minimum quidem est omnibus seminibus: cùm autem creverit, majus est omnibus oleribus, & fit arbor *y*, ita ut volucres cæli veniant, & habitent in ramis ejus.

33. Aliam parabolam locutus est eis. *z* Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptum mulier *a* abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum.

34. Hæc omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis:

35. ut impleretur, quod dictum erat per Prophetam dicentem: *b* Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi.*

36. *c* Tunc, dimissis turbis, venit in domum: & accesserunt ad eum discipuli ejus dicentes: Edissere nobis parabolam zizaniorum agri.

37. Qui respondens ait illis: Qui seminat bonum semen, est Filius hominis.

38. Ager autem, est mundus. Bonum verò semen, hi sunt filii regni *d*. Zizania autem, filii sunt nequam. *e*

39. Inimicus autem, qui seminavit ea, est diabolus. *f* Messis verò, consummatio sæculi est. Messores autem angeli sunt.

u Marc. 4. 31. Luc. 13. 19.
† Dom. 6. post Epiph. vel 27. post Pentec.
x Ecclesia & Evangelium meum.
y in Palæstina &c.
z Luc. 13. 21.
a divina sapientia.
b Psal. 77. 2
c Marc. 4. 34.
d seu Ecclesiæ fideles.
e i. mali, filii diaboli.
f Apoc. 14 15.

26. Als nun das Kraut wuchs / und Frucht brachte / ließ sich auch das Unkraut sehen.

27. Da tratten die Knecht deß Haußvatters herzu / und sprachen zu ihm: HErr / hast du nit guten Saamen auf deinen Acker gesäet? Woher hat er dan das Unkraut?

28. Und er sprach zu ihnen: Das hat der Feind gethan. Die Knecht aber sprachen zu ihm: wilst du dan / daß wir hingehen / und es versamblen? *a*

29. Und er sprach: nein: damit ihr nit villeicht / wan ihr das Unkraut versamblet / mit demselbigen auch den Weitzen zugleich außrupffet.

30. Lassets beyde miteinander wachsen / biß zu der Ernd / und zur Zeit der Ernd will ich zu den Schnittern sagen: samblet erstlich das Unkraut / und bindet dasselbig in Bündlein zu verbrennen / aber den Weitzen samblet in meine Scheuren.

II. 31. Er hielt ihnen auch eine andere Gleichnuß vor / und sprach: das Himmelreich ist gleich einem Senfftkörnlein / das ein Mensch nahm / und säets auf seinen Acker:

32. Welches zwar das Kleineste ist unter allem Saamen: aber wan es gewachsen ist / so ists grösser / dan alle Kräuter / und es wird ein Baum darauß / also / daß auch die Vögel deß Himmels kommen / und wohnen unter seinen Zweigen.

33. Er sagte ihnen auch ein andere Gleichnuß. Das Himmelreich ist gleich einem Sauerteig / den ein Weib nahm / und verbarg ihn in drey Sester *b* Mehls / biß daß es durchauß gesäuret war.

34. Diß alles redete JEsus zum Volck durch Gleichnussen: und ohn Gleichnussen redete er nichts zu ihnen.

35. Damit erfüllet wurde / was gesagt ist durch den Propheten / der da spricht: Ich will meinen Mund aufthun mit Gleichnussen / und außsprechen verborgene Ding von Anfang der Welt.

36. Da ließ Er das Volck von sich / und kam ins Hauß: und seine Jünger tratten zu ihm / und sprachen: erkläre uns die Gleichnuß vom Unkraut auf dem Acker.

37. Und Er antwortete / und sprach zu ihnen: Der den guten Saamen säet / das ist deß Menschen Sohn.

38. Aber der Acker / ist die Welt / und der gute Saamen / seynd die Kinder deß Reichs. Das Unkraut aber / seynd die schalckhaffte Kinder.

39. Der Feind aber / der es säet / ist der Teufel. Und die Ernd / ist das End der Welt. Die Schnitter aber seynd die Engel.

a außreuten. *b* Metzen.

40. Gleich-

40. Gleichwie nun das Unkraut versamblet / und mit Feuer verbrandt wird: also wirds auch am End der Welt zugehen.

41. Deß Menschen Sohn wird seine Engel außschicken / die werden alle Aergernussen auß seinem Reich versamblen / und die jenige / so Ungerechtigkeit üben:

42. Und werden sie in den Feuer-Ofen werffen. Da wird seyn Heulen und Zänklappern.

43. Alsdan werden die Gerechte leuchten / wie die Sonn / im Reich ihres Vattes. Wer Ohren hat zu hören / der höre.

44. Das Himmelreich ist gleich einem Schatz / der im Acker verborgen ist: welchen ein Mensch / der ihn findet / verbirget / und vor Freuden darüber hingehet / und verkaufft alles / was er hat / und kaufft denselbigen Acker.

45. Abermal ist das Himmelreich einem Kauffmann gleich / der gute Perlen suchet.

46. Da er aber ein köstliches Perlein gefunden hatte / gieng er hin und verkauffte alles / was er hatte / und kauffte dasselbig.

47. Abermal ist das Himmelreich gleich einem Netz / das ins Meer geworffen wird / und allerhand Gattung der Fischen zusammen ziehet.

48. Und da es voll war / zohen sie es herauß / und setzten sich an das Ufer / und lasen die gute Fisch in Gefäß zusammen / aber die böse wurffen sie hinweg.

III. 49. Also wirds auch am End der Welt zugehen: Die Engel werden außgehen / und werden die Böse absöndern auß dem Mittel der Gerechten.

50. Und werden sie in den Feuer Ofen werffen / da wird seyn Heulen und Zänklappern.

51. Habt ihr diß alles verstanden? Sie sprachen zu ihm: Ja.

52. Und Er sprach zu ihnen: Darumb ein jeglicher Schrifftgelehrter der gelehrt ist im Himmelreich ist einem Haußvatter gleich / der neues und altes auß seinem Schatz hervor bringet.

53. Und es begab sich / da JEsus dise Gleichnussen vollendet hatte / gieng Er von dannen.

54. Und als er in sein Vatterland kam / lehrete Er sie in ihren Synagogen / also / daß sie sich verwunderten und sprachen: Woher kombt disem solche Weißheit / und kräfftige Thaten?

55. Ist diser nit eines Zimmermanns Sohn? Heisset seine Mutter nit Maria / und seine Brüder Jacob und Joseph / und Simon und Judas?

56. Und seynd nit seine Schwestern alle bey uns? Woher kommt ihm dan diß alles?

57. Und sie ärgerten sich an ihm. JEsus aber

40. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur: sic erit in consummatione sæculi.

41. Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno ejus omnia scandala, & eos, qui faciunt iniquitatem:

42. & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium.

43. *g* Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat. *g Sap. 3. 7. Dan. 12. 3.*

44. † Simile est regnum cælorum *h* thesauro abscondito in agro: quem qui invenit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit universa quæ habet, & emit agrum illum. † PRO VIRG. ET MART. *h* Doctrina Evangelica

45. Iterum simile est regnũ cælorũ *h* homini negotiatori, quærẽti bonas margaritas.

46. Inventa autem una pretiosa margarita, abiit, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. *

47. Iterum simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti:

48. quam cùm impleta esset, educentes *i*, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. *i* piscatores

III. 49. Sic erit in consummatione sæculi: exibunt angeli, & separabunt malos de medio justorum.

50. & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus, & stridor dentium.

51. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei: Etiam.

52. Ait illis: Ideò omnis scriba doctus *k* in regno cælorum *l*, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro sua nova & vetera. *m* *k* Doctor. *l* in lege Evangelica *m* documenta varia.

53. Et factum est, cùm consummasset Jesus parabolas istas, transiit inde.

54. *n* Et veniens in patriam suam *o* docebat eos in synagogis eorum, ita ut mirarentur, & dicerent: Unde huic sapientia hæc, & virtutes? *n Marc. 6. 1. Luc. 4. 16.* *o* Nazareth.

55. *p* Nonne hic est fabri filius? Nonne mater ejus dicitur Maria; & fratres *q* ejus, Jacobus, & Joseph, & Simon, & Judas? *p Joan. 6. 42.* *q* i. cognati.

56. & sorores ejus, nonne omnes apud nos sunt? Unde ergo huic omnia ista?

57. Et scandalizabantur in eo *r*: Jesus autem *r* ob paupertatem familiam & vitam.

s Doctor.

autem dixit eis: Non est propheta *s* sine honore nisi in patria sua, & in domo sua.

58. Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum.

CAPUT XIV.

I. Caput Joannis datur puellæ saltatrici: 3.
II. Jesus quinque virorum millia in deserto quinque panibus & duobus piscibus satiat: 13.
III. Super mare ambulans discipulos tempestate agitatos confortat, & Petrum à submersione liberat: 22.
IV. In terra Genesar varios tactu fimbriæ curat languores. 34.

a Marc. 6. 14. Luc. 9. 7.

1. IN illo tempore audivit *a* Herodes tetrarcha famam Jesu:

2. & ait pueris suis: Hic est Joannes Baptista: ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo.

b Marc. 6. 17. Luc. 3. 19. c sibi traditum à scribis supra Mat. 4.12. d Infr. 21. 26.

I. 3. *b* Herodes enim tenuit Joannem, & alligavit eum *c*: & posuit in carcerem propter Herodiadem uxorem fratris sui.

4. Dicebat enim illi Joannes: Non licet tibi habere eam.

5. Et volens illum occidere, timuit populum: *d* quia sicut prophetam eum habebant.

6. Die autem natalis Herodis saltavit filia Herodiadis in medio, & placuit Herodi.

7. Unde cum juramento pollicitus est ei dare, quodcumque postulasset ab eo.

8. At illa præmonita à matre sua: Da mihi, inquit, hîc in disco caput Joannis Baptistæ.

9. Et contristatus est rex: propter juramentum autem, & eos, qui pariter recumbebant, jussit dari.

10. Misitque & decollavit Joannem in carcere.

11. Et allatum est caput ejus in disco, & datum est puellæ, & attulit matri suæ.

12. Et accedentes discipuli ejus, tulerunt corpus ejus, & sepelierunt illud: & venientes nuntiaverunt Jesu.

e Marc. 6. 31. Luc. 9. 10. Joan. 6. 3.

II. 13. *e* Quod cùm audisset Jesus, secessit inde in navicula, in locum desertum seorsum: & cùm audissent turbæ, secutæ sunt eum pedestres de civitatibus.

---

sprach zu ihnen: ein Prophet ist nirgend weniger geehret / dan in seinem Vatterland und in seinem Hauß.

58. Und Er thäte daselbst nit vil Wunderthaten / von wegen ihres Unglaubens.

Das XIV. Capitel.

I. Herodes Antipas last Johannem enthaubten / 3.
II. Christus begibt sich in die Wüsten / und speyset allda mit fünff Brod und zween Fischen / fünfftausend Mann / 13.
III. Wandlet auf dem Meer / stärcket seine Jünger / errett Petrum / als er anfieng zu sincken / und stillet das Meer / 22.
IV. Macht im Land Genesar / durch Anrührung deß Saums seines Kleyds / vil Krancke gesund / 34.

1. ZU derselbigen Zeit hörete Herodes der Vier Fürst das Gericht von JEsu:

2. Und er sprach zu seinen Dienern: diser ist Johannes der Tauffer: er ist von den Todten auferstanden / und darumb würcken durch ihn die mächtige Wunderthaten.

I. 3. Dan Herodes hatte Johannem gegriffen / und ihn gebunden: und ins Gefängnuß gelegt umb der Herodiadis willen / deß Weibs seines Bruders.

4. Dan Johannes sprach zu ihm: Es gezimbt dir nit / daß du sie habest.

5. Und als er ihn tödten wolte / förchtet er sich vor dem Volck: dan sie hielten ihn / wie einen Propheten.

6. Aber am Geburts Tag Herodis / tantzete die Tochter Herodiadis mitten im Gemach / und es gefiel dem Herodi sehr wol.

7. Darumb verhieß er ihr mit einem Eyd / er wolte ihr geben / was sie von ihm begehren wurde.

8. Sie aber sprach / nachdem sie zuvor von ihrer Mutter unterricht worden: Gib mir allhie in einer Schüssel das Haubt Johannis deß Tauffers.

9. Und der König war traurig: jedoch umb deß Eyds willen / und umb deren Willen / die mit zu Tisch sassen / befahl ers zu geben.

10. Und er schickte hin / und enthaubtete Johannem im Kercker.

11. Und sein Haubt ward hergebracht in einer Schüssel / und es ward dem Mägdlein gegeben / und es brachte dasselbig ihrer Mutter.

12. Und seine Jünger kamen dahin / und nahmen seinen Leib / und begruben ihn: und sie kamen / und thätens JEsu zuwissen.

II. 13. Als nun JEsus das hörete / wiche Er von dannen in einem Schifflein / in ein Wüsten allein / und da solches das Volck erfuhr / folgeten sie ihm zu Fuß nach auß den Städten.

14. Und als er hervor gieng / ſahe er eine groſſe Schar / und er erbarmete ſich über ſie / und machte ihre Krancke geſund.

15. Nachdem es aber war Abend worden tratten ſeine Jünger zu ihm / und ſprachen: Diß iſt ein Wüſte / ſo iſt auch die Stund ſchon vorüber: Laß das Volck von dir / damit ſie hingehen in die Flecken / und ihnen Speiß kauffen.

16. JEſus aber ſprach zu ihnen: Es iſt nit vonnöthen / daß ſie hingehen: Gebet ihr ihnen zu eſſen.

17. Sie antworteten ihm: Wir haben allhie nit mehr / dan fünff Brod / und zween Fiſch.

18. Und Er ſprach zu ihnen: Bringet ſie mir her.

19. Nachdem Er nun befohlen hatte / daß ſich das Volck ſolt niderſetzen auf das Graß / nahm Er die fünff Brod / und die zween Fiſch / und ſahe auf gen Himmel / ſeegnete ſie und brach die Brod / und gab ſie den Jüngern / die Jünger aber gaben ſie dem Volck.

20. Und ſie aſſen alle / und wurden ſat. Und ſie huben die Brocken auf / welche übrig bliben waren / zwölff Körb voll.

21. Aber die Anzahl der jenigen / welche geſſen hatten / waren fünfftauſend Mann / ohne die Weiber und Kinder.

III. 22. Und alsbald trib JEſus ſeine Jünger / daß ſie in das Schifflein tratten / und vor ihm überfuhren / biß Er das Volck von ſich lieſſe.

23. Und nachdem Er das Volck von ſich gelaſſen hatte / gieng Er auf einen Berg allein zu betten. Und da es nun Abend wordẽ / war er daſelbſt allein.

24. Das Schifflein aber war mitten auf dem Meer von den Wellen hin und her geworffen: dan der Wind war ihnen zuwider.

25. Aber in der vierdten Nachtwacht kam JEſus zu ihnen / und wandlete auf dem Meer.

26. Und als ſie ihn ſahen auf dem Meer gehen / entſetzten ſie ſich / und ſprachen: es iſt ein Geſpenſt. Und ſie ſchryen auß Forcht.

27. Und JEſus redete alsbald mit ihnen / und ſprach: Seyt getröſt: Ich bins / förchtet euch nit.

28. Petrus aber antwortete / und ſprach: HErr / biſt du es / ſo heiß mich zu dir kommen auf dem Waſſer.

29. Er aber ſprach: Komm. Und Petrus ſtig auß dem Schiff / und gienge auf dem Waſſer / daß er zu JEſu kame.

30. Als er aber einen ſtarcken Wind ſahe / förchtete er ihm: und da er anfieng zu ſincken / rieff er und ſprach: HErr hilff mir.

31. Und JEſus ſtreckte alsbald ſeine Hand auß /

14. Et exiens vidit turbam multam, & miſertus eſt eis, & curavit languidos eorum.

15. Veſpere autem facto, acceſſerunt ad eum diſcipuli ejus, dicentes: Deſertus eſt locus, & hora jam præteriit: dimitte turbas, ut euntes in caſtella, emant ſibi eſcas.

16. Jeſus autem dixit eis: Non habent neceſſe ire: date illis vos manducare.

17. Reſponderunt ei: *f* Non habemus hîc niſi quinque panes, & duos piſces.

f Joan. 6.9.

18. Qui ait eis: Afferte mihi illos huc.

19. Et cùm juſſiſſet turbam diſcumbere ſuper fœnum, acceptis quinque panibus, & duobus piſcibus, aſpiciens in cælum, benedixit, & fregit, & dedit diſcipulis panes, diſcipuli autem turbis.

20. Et manducaverunt omnes, & ſaturati ſunt. Et tulerunt reliquias, duodecim cophinos fragmentorum plenos.

21. Manducantium autem fuit numerus, quinque millia virorum, exceptis mulieribus, & parvulis.

III. 22. *g* Et ſtatim compulit Jeſus diſcipulos aſcendere in naviculam, & præcedere eum trans fretũ, donec dimitteret turbas.

g Marc. 6. 45.

23. Et dimiſſa turba, *h* aſcendit in montem ſolus orare. Veſpere autem facto ſolus erat ibi.

h Joan. 6. 15. Marc. 6. 46.

24. Navicula autem in medio mari *i* jactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus.

i Galilææ.

25. Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos *k* ambulans ſuper mare.

k iuvandos.

26. Et videntes eum ſuper mare ambulantem, turbati ſunt, dicentes: Quia phantaſma eſt *l*. Et præ timore clamaverunt.

l ſeu ſpectrum.

27. Statímque Jeſus locutus eſt eis, dicens: Habete fiduciam: ego ſum, nolite timere.

28. Reſpondens autem Petrus dixit: Domine, ſi tu es, jube *m* me ad te venire ſuper aquas.

m ſc. efficaciter, ut juſſioni reſpondeat eventus.

29. At ipſe ait: Veni. Et deſcendens Petrus de navicula, ambulabat ſuper aquam, ut veniret ad Jeſum.

30. Videns verò ventum validum, timuit: & cùm cæpiſſet mergi, clamavit dicens: Domine, ſalvum me fac.

31. Et continuò Jeſus extendens manum,

num, apprehendit eum: & ait illi: Modicæ fidei, quare dubitasti?

32. Et cùm ascendissent in naviculam, cessavit ventus.

33. Qui autem in navicula erant, venerunt, & adoraverunt eum, dicentes: Verè Filius Dei es.

n Marc. 6. 53.

IV. 34. *n* Et cùm transfretassent, venerunt in terram Genesar.

35. Et cùm cognovissent eum viri loci illius, miserunt in universam regionem illam, & obtulerũt ei omnes malè habentes:

36. & rogabant eum, ut vel fimbriam vestimenti ejus tangerent. Et quicumque tetigerunt, salvi facti sunt.

CAPUT XV.

I. Arguit Pharisæorum traditiones, quas Dei mandatis præponebant: 1.

II. Docet, quæ sint coinquinantia hominem, 10.

III. Chananææ filiam à dæmonio liberat. 21.

IV. Juxta mare Galilææ varios curat languores. 29.

V. Quatuor virorum millia septem panibus paucisque pisciculis satiat. 32.

† FER. 4. POST DOM. 3. QUADR. *a Marc. 7. 1.* *b Marc. 7. 5.*

1. TUnc † accesserunt ad eum ab Jerosolymis *a* Scribæ, & Pharisæi, dicentes:

2. *b* Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? non enim lavant manus suas cùm panem manducant.

c de honorandis parentibus. *d Exod. 20. 12. Deut. 5. 16. Ephes. 6. 2.* *e Exod. 21. 17. Lev. 20. 9. Prov. 20. 20.* *f* Deo offerendum. *g* etiam, ô pater vel mater. *h Isaiæ 29. 13. Marc. 7. 6.* *i* cultu externo. *k* frustra. *l* contraria divinis.

3. Ipse autem respondens ait illis: Quare & vos transgredimini mandatum Dei *c* propter traditionem vestram? Nam Deus dixit:

4. *d* Honora patrem & matrem; & : *e* Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur.

5. Vos autem dicitis: Quicumque dixerit patri, vel matri: Munus *f* quodcumque est ex me, tibi *g* proderit:

6. & non honorificabit patrem suum, aut matrem suam: & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram.

7. Hypocritæ, benè prophetavit de vobis Isaias dicens:

8. *h* Populus hic labiis *i* me honorat: cor autem eorum longè est à me.

9. Sine causa *k* autem colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum. *l*

II. 10. Et convocatis ad se turbis, dixit eis: Audite & intelligite.

ergriff ihn: und sprach zu ihm: Du Kleinglaubiger/ warumb hast du gezweifflet?

32. Und da sie in das Schiff getretten waren / legte sich der Wind.

33. Die aber im Schiff waren / kamen und anbetteten ihn / und sprachen: Du bist warhafftig GOttes Sohn.

IV. 34. Und als sie mit dem Schiff hinüber gefahren waren / kamen sie in das Land Genesar.

35. Da nun die Leut desselbigen Orts seiner gewar wurden / schickten sie hinauß in dasselbig gantze Land/ und brachten alle Krancke zu ihm:

36. Und sie baten ihn/ daß sie nur den Saum seines Kleyds anrühren möchten. Und alle / die denselbigen anrühreten / die wurden gesund.

Das XV. Capitel.

I. Christus strafft die verkehrte Satzungen der Schrifftgelehrten und Pharisäer / 1.

II. Lehret / daß/ was zum Mund eingehe / den Menschen nit verunreinige: erkläret Petro/ womit eigentlich der Mensch verunreiniget werde / 10.

III. Macht deß Cananäischen Weibleins Tochter gesund / 21.

IV. Heylet Stumme / Blinde / Lahme / und andere Krancke / 29.

V. Speiset mit siben Brod vier tausend Menschen/ 32.

1. DA kamen zu ihm von Jerusalem die Schrifftgelehrten / und Pharisäer / und sprachen:

2. Warumb übertretten deine Jünger die Satzung der Eltesten? dan sie waschen ihre Händ nit / wan sie das Brod essen.

3. Er aber antwortet und sprach zu ihnen: warumb übertrettet ihr auch das Gebott GOttes / umb euer Satzung willen? Dan GOTT hat gesagt:

4. Du solst Vatter und Mutter ehren / und: Wer seinem Vatter oder Mutter fluchet / der soll deß Todts sterben.

5. Ihr aber saget: Wer zum Vatter oder zur Mutter spricht/ alles/ was von mir geopffert wird/ das wird dir nutzen.

6. Und er soll seinen Vatter oder seine Mutter nit ehren: und habt also GOttes Gebott vernichtet/ umb euer Satzung willen.

7. Ihr Heuchler/ es hat Isaias wohl von euch geweissaget/ da er spricht:

8. Diß Volck ehret mich mit seinen Lippen *a*: aber ihr Hertz ist weit von mir.

9. Sie dienen mir aber vergeblich / dieweil sie Menschen Lehr und Gebott lehren.

II. 10. Und er rieff das Volck zu sich/ und sprach zu ihnen: Höret zu / und verstehets wohl.

a Leffzen.

11. Was

11. Was zum Mund hinein gehet/ das verunreiniget den Menschen nit: sondern was auß dem Mund herauß gehet/ das verunreiniget den Menschen.

12. Da traten seine Jünger herzu/und sprachen zu ihm: Weist du auch/ daß sich die Phariseer geärgert haben/ daß sie diß Wort höreten?

13. Er aber antwortete und sprach: ein jegliche Pflantz/ die mein Himlischer Vatter nit gepflantzet hat/ wird außgereutet werden.

14. Lasset sie gehen: sie seynd blind/ und Führer der Blinden. Wan aber ein Blinder den andern führet/ so fallen sie beyde in die Gruben.

15. Aber Petrus antwortete und sprach zu ihm: erkläre uns dise Gleichnuß.

16. Er aber sprach: seyd ihr auch noch ohn Verstand?

17. Verstehet ihr nit/ daß alles/was zum Mund hinein gehet/ in den Bauch kommet/ und wird durch den natürlichen Gang außgeworffen.

18. Was aber auß dem Mund hergehet/ das kommt auß dem Hertzen/ und dasselbig machet den Menschen unrein.

19. Dan auß dem Hertzen gehen böse Gedancken/ Todtschläg/ Ehebruch/ Unzucht/ Dieberey/ falsche Zeugnussen/ Gottslästerung.

20. Diß seynd die Ding/ welche den Menschen verunreinigen. Aber essen mit ungewaschenen Händen/ das verunreiniget den Menschen nit.

III. 21. Und JEsus gieng von dannen hinauß/und kam in die Gegend Tyri und Sidon.

22. Und sihe ein Cananeisch Weib kam auß denselbigen Gräntzen/ rieff/und sprach zu ihm: HErr/ du Sohn Davids/ erbarme dich meiner: meine Tochter wird vom Teufel übel geplaget.

23. Und er antwortet ihr nit ein Wort. Und seine Jünger tratten herzu/ baten ihn/ und sprachen: Laß sie von dir: dan sie uns nachschreyet.

24. Er aber antwortete/ und sprach: Ich bin nit gesandt/ als allein zu den verlohrnen Schafen deß Hauß Israel.

25. Sie aber kam/und anbettete ihn/und sprach: HErr hilff mir.

26. Er antwortet und sprach: Es ist nit gut/daß man den Kindern ihr Brod nehme/ und werff es für die Hund.

27. Sie aber sprach: Ja HERR: dan die Hündlein essen auch von den Brosamen/ welche von ihrer Herren Tisch fallen.

28. Da antwortet JEsus/ und sprach zu ihr: O Weib dein Glaub ist groß: dir geschehe/ wie du wilst. Und von derselbigen Stund an ward ihre Tochter gesund.

11. Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed *m* quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem.

12. Tunc accedentes discipuli ejus, dixerunt ei: Scis quia Pharisæi audito verbo hoc, scandalizati sunt?

13. At ille respondens ait: *n* Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus cœlestis, eradicabitur.

14. Sinite illos: *o* cæci sunt, & duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt.

15. *p* Respondens autem Petrus dixit ei: Edissere nobis parabolam istam. *q*

16. At ille dixit: Adhuc & vos sine intellectu estis?

17. Non intelligitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur?

18. Quæ autem procedunt de ore *r*, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem:

19. de corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ.

20. Hæc sunt, quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem.

III. 21. Et † *s* egressus inde Jesus secessit in partes Tyri & Sidonis.

22. Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa clamavit, dicens ei: Miserere mei Domine fili David: filia mea malè à dæmonio vexatur.

23. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli ejus rogabant eum dicentes: Dimitte eam: quia clamat post nos.

24. Ipse autem respondens ait: Non sum missus, nisi *t* ad oves, quæ perierunt domus Israel. *u*

25. At illa venit, & adoravit eum, dicens: Domine, adjuva me.

26. Qui respondens ait: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. *x*

27. At illa dixit: Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum.

28. Tunc respondens Jesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia ejus ex illa hora. *

m inobedientia, intemperantia, &c.

n Joan. 15. 2.

o Luc. 6. 39.

p Marc. 7. 17.

q obscuram ut nobis videtur.

r intimo.

† Fer. 5. post Dom. 1. Quadr.

s Marc. 7. 24.

t Supr. 10. 6. Joan. 10. 3.

u ut mea corporali præsentia & prædicatione reducant.

x Gentibus.

IV. 29. Et cùm transisset inde Jesus, venit secus mare Galilææ: & ascendens in montem, sedebat ibi.

y Isai. 35. 5. 30. y Et accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos: & projecerunt eos ad pedes ejus, & curavit eos:

31. ita ut turbæ mirarentur videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes: & magnificabant Deum Israël.

z Marc. 8. 1. V. 32. z Jesus autem, convocatis discipulis suis, dixit: Misereor turbæ, quia triduo jam perseverant mecum, & non habent quod manducent: & dimittere eos jejunos nolo, ne deficiant in via.

33. Et dicunt ei discipuli: Unde ergo nobis in deserto panes tantos, ut saturemus turbam tantam?

34. Et ait illis Jesus: Quot habetis panes? At illi dixerunt: Septem, & paucos pisciculos.

35. Et præcepit turbæ, ut discumberent super terram.

36. Et accipiens septem panes, & pisces, & gratias agens, fregit, & dedit discipulis suis, & discipuli dederunt populo.

37. Et comederunt omnes, & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis, tulerunt septem sportas plenas.

38. Erant autem qui manducaverunt, quatuor millia hominum, extra parvulos, & mulieres.

39. Et, dimissa turbâ, ascendit in naviculam: & venit in fines Magedan. a

a quod est oppidum, non procul à Dalmanutha.

Caput XVI.

I. Jesus Pharisæos signum petentes arguit, quod signa temporum non dijudicarent: 1.

II. Jubet discipulos cavere à fermento Pharisæorum ac Sadducæorum: 5.

III. Ipsos interrogat quem ipsum esse dicant, & Petro post responsionem promittit claves regni cælorum: 13.

IV. Suam passionem prædicit, docens quemque propriam crucem tollere, & Deum unicuique juxta sua opera redditurum. 21.

a Marc. 8. 11. 1. ET accesserunt ad eum a Pharisæi, & Sadducæi tentantes: & rogaverunt eum, ut signum de cælo ostenderet eis.

IV. 29. Und als JEsus von dannen fort gieng / kam er an das Galiläische Meer: und er gieng auf einen Berg / und setzte sich daselbst nider.

30. Und es kam vil Volcks zu ihm / die hatten bey sich Stumme / Blinde / Lame / Schwache / und vil andere: und sie legten sie zu seinen Füssen / und er machete sie gesund.

31. Also / daß sich das Volck verwunderte / da sie sahen / die Stumme reden / die Lame gehen / und die Blinde sehen: und sie preyseten den GOtt Israel.

13. Darumb wachet / dan ihr wisset weder den Tag / noch die Stund.

II. 14. Dan es ist gleichwie ein Mensch der über Feld zohe / und rieff seinen Knechten / und übergab ihnen seine Güter.

15. Einem gab er fünff Centner / und dem andern zween / dem dritten aber einen: einem jeglichen nach seinem eigenen Vermögen: und zohe alsbald hinweg.

16. Da gieng der hin / der die fünff Centner empfangen hatte / und handlete mit denselbigen / und gewunn andere fünff Centner.

17. Deßgleichen auch / der die zween Centner empfangen hatte / gewunn damit zween andere.

18. Der aber einen empfangen hatte / der gieng hin / und macht eine Grub in die Erden / und verbarg das Geld seines Herrn.

19. Uber eine lange Zeit aber hernach / kam der Herr diser Knechten / und hielt Rechnung mit ihnen.

20. Da tratt herzu / der die fünff Centner empfangen hatte / und brachte dar fünff andere Centner / und sprach: Herr / du hast mir fünff Centner übergeben: sihe / ich hab darüber fünff andere gewunnen.

21. Und sein Herr sprach zu ihm: Ey du frommer und getreuer Knecht / dieweil du über wenig treu gewesen bist / so will ich dich über vil setzen / gehe ein in die Freud deines Herrn.

22. Da tratt auch herzu / der die zween Centner empfangen hatte / und sprach: Herr / du hast mir zween Centner übergeben: sihe ich hab damit zween andere gewunnen.

23. Und sein Herr sprach zu ihm: Ey du frommer und getreuer Knecht / dieweil du über wenig treu gewesen / so will ich dich über vil setzen / gehe ein in die Freud deines Herrn.

24. Es tratt aber auch herzu / der den einen Centner empfangen hatte / und sprach: Herr ich weiß / daß du ein harter Mensch bist: du schneidest / da du

du nit geſäet haſt / und ſambleſt / da du nit geſtreu-
et haſt:
25. Darumb förchtete ich mir / und gieng hin /
und verbarge deinen Centner in die Erd: ſihe / da
haſt du / was dein iſt.
26. Sein Herr aber antwortete / und ſprach zu
ihm: Du boßhafftiger und fauler Knecht / haſt du
gewuſt / daß ich ſchneide / da ich nit geſäet habe / und
ſamble / da ich nit geſtreuet habe.
27. So ſolſt du mein Geld zu den Wechslern
gethan haben / und ich hätte / wan ich kommen wä-
re / was mein iſt / mit Gewinn widerumb zu mir
genommen.
28. Darumb nemmet den Centner / von ihm /
und gebet ihn dem / der zehen Zentner hat.
29. Dan einem jeglichen / der da hat / wird man
geben / und er wird die Menge haben: wer aber
nit hat / von dem wird auch genommen werden /
was er vermeynt zu haben.
30. Und den unnützen Knecht werffet hinauß in
die äuſſerſte Finſternuß: da wird ſeyn / Heulen und
Zähnklappern.
III. 31. Wan aber deß Menſchen Sohn in ſeiner
Herrlichkeit kommen wird / und alle Engel mit ihm /
alsdan wird er auf dem Stuhl ſeiner Herrlichkeit
ſitzen:
32. Und es werden alle Völcker vor ihm ver-
ſamblet werden / und er wird ſie von einander ſchei-
den / wie ein Hürt die Schaaf von den Böcken
ſcheidet.
33. Und wird ſie ſtellen / die Schaaf zwar zu ſei-
ner Rechten / die Böck aber zur Lincken:
34. Alsdan wird der König ſagen zu denen / welche
werden zu ſeiner Rechten ſitzen: Kommet her ihr
Gebenedeyte meines Vatters / beſitzet das Reich /
das euch bereit iſt von Anbegin der Welt.
35. Dan ich bin hungerig geweſen und ihr habt
mich geſpeiſet: Ich bin durſtig geweſen / und ihr
habt mich geträncket: Ich bin ein Gaſt geweſen /
und ihr habt mich beherbergt:
36. Ich bin nacket geweſen / u. ihr habt mich geklei-
det: ich bin kranck geweſen / u. ihr habt mich beſucht:
ich bin im Kercker geweſen u. ihr ſeyd zu mir komen.
37. Alsdan werden ihm die Gerechte antwor-
ten / und ſagen: HErr / wan haben wir dich hunge-
rig geſehen / und haben dich geſpeiſet: oder durſtig /
und haben dich geträncket?
38. Wan haben wir dich einen Gaſt geſehen /
und haben dich beherbergt: oder nacket / und haben
dich bekleidet?
39. Oder wan haben wir dich kranck geſehen /
oder im Kercker / und ſeynd zu dir kommen?

ſeminaſti o, & congregas ubi non ſpar-
ſiſti:
25. & timens abii, & abſcondi talen-
tum tuum in terra: ecce habes quod
tuum eſt.
26. Reſpondens autem dominus ejus
dixit ei: Serve male, & piger, ſciebas,
quia meto ubi non ſemino, & congrego
ubi non ſparſi:
27. oportuit ergo te committere pecu-
niam meam numulariis, & veniens ego
recepiſſem utique quod meum eſt cum
uſura. p
28. Tollite itaque ab eo talentum, &
date ei, qui habet decem talenta.
29. q Omni enim habenti dabitur, &
abundabit: ei autem, qui non habet,
& quod videtur habere, auferetur ab
eo.
30. Et inutilem ſervum ejicite in tene-
bras exteriores: illic erit fletus & ſtridor
dentium.
III. 31. Cùm † autem venerit Filius homi-
nis in majeſtate ſua, & omnes angeli
cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem ma-
jeſtatis ſuæ:
32. & congregabuntur ante eum om-
nes gentes, & ſeparabit eos ab invi-
cem, ſicut paſtor ſegregat oves ab hœ-
dis:
33. & ſtatuet oves quidem à dextris
ſuis, hœdos autem à ſiniſtris.
34. Tunc dicet rex his, qui à dextris
ejus erunt: Venite benedicti Patris mei,
poſſidete paratum vobis regnum à conſti-
tutione mundi.
35. r Eſurivi enim, & dediſtis mihi
manducare: ſitivi, & dediſtis mihi
bibere: hoſpes s eram, & collegiſtis
me: t
36. nudus, & cooperuiſtis me: u infir-
mus & viſitaſtis me: in carcere eram, &
veniſtis ad me.
37. Tunc reſpondebunt ei juſti, dicen-
tes: Domine, quando te vidimus eſu-
rientem, & pavimus te: ſitientem, & de-
dimus tibi potum?
38. quando autem te vidimus hoſpi-
tem, & collegimus te: aut nudum, & coo-
peruimus te?
39. aut quando te vidimus infirmum:
aut in carcere, & venimus ad te?

o calumnia pigrorum eſt, quaſi Deus nimis gravia jubeat.

p lucro ſine labore tuo.

q Supr. 13. 12. Marc. 4. 25 Luc. 8. 18. & 19. 26.

† Fer. 2. post Dom. 1. Quadr.

r Iſai. 58. 7. Ezech. 18. 7 & 16.

s i. peregrinus.

t ſic omnia virtutum opera commendabit al em ſpirituali & interna locutione.

u Eccli. 7. 39.

 40. Et

40. Et respondens rex, dicet illis: Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis.

41. Tunc dicet & his, qui à sinistris erunt: *x* Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus.

x Psalm. 6. 9. Supr. 7. 23. Luc. 13. 27.

42. Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare: sitivi, & non dedistis mihi potum:

43. hospes eram, & non collegistis me: nudus, & non cooperuistis me: infirmus, & in carcere, & non visitastis me *y*

y ut opera misericordiæ; ita reliqua virtutum opera neglecta exprobrabit.

44. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes: Domine, quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministravimus tibi?

45. Tunc respondebit illis, dicens: Amen dico vobis: Quamdiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis.

46. *z* Et ibunt hi in supplicium æternum: justi autem in vitam æternam.*

z Joan. 5. 29. Dan. 12. 2.

Caput XXVI.

I. Consultant principes sacerdotum de occidendo Jesu; 1.
II. Qui unguento pretioso à muliere perfunditur, & à Juda venditur, 6.
III. De ejus proditione in cœna loquitur. 17.
IV. Corpus suum, & sanguinem tradit discipulis: 26.
V. Prædicit omnes scandalizandos, & trinam Petri negationem: capitur à Judæis; accusatur, conspuitur, cæditur, & ter à Petro negatur. 30.

a Marc. 14. 1. Luc. 22. 1. † Passio Dom Palm. Quartum & ultimum Pascha ministerii Christi. Ann. M. 4036. æræ vulg. 33. ætatis Christi 37. juxta multorum supputationem Per. Jul. 4746. urbis cond. 784 an. Jul. 78. imp. Tiber. 19.

1. ET factum est: cùm consummasset Jesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis:

2. *a* † Scitis quia post biduum Pascha fiet, & Filius hominis tradetur ut crucifigatur.

3. Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi in atrium principis sacerdotum, qui dicebatur Caiphas:

4. & consilium fecerunt ut Jesum dolo tenerent, & occiderent.

5. Dicebant autem: Non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo.

b Joan. 11. 2. & 12. 3. Marc. 14. 8.

II. 6. *b* Cùm autem Jesus esset in Bethania in domo Simonis leprosi,

40. Und der König wird antworten / und zu ihnen sagen / Warlich sag ich euch / was ihr gethan habt einem auß disen meinen geringsten Brüdern / das habt ihr mir gethan.

41. Alsdan wird er auch zu denen sagen / welche zur Lincken seyn werden: Gehet hinweg von mir: Ihr Vermaledeyte / in das ewige Feuer / so dem Teuffel und seinen Englen bereitet ist.

42. Dan ich bin hungerig gewesen und ihr habt mich nit gespeiset: Ich bin durstig gewesen / und ihr habt mich nit getrăncket.

43. Ich bin ein Gast gewesen / und ihr habt mich nit beherbergt: Ich bin nacket gewesen / und ihr habt mich nit bekleydet: Ich bin kranck und im Kercker gewesen / und ihr habt mich nit heimbgesucht.

44. Alsdan werden sie ihm auch antworten / und sagen: HErr / wan haben wir dich hungerig oder durstig / oder einen Gast / oder nacket / oder kranck / oder gefangen gesehen / und haben dir nit gedienet?

45. Alsdan wird er ihnen antworten / und sagen: Warlich sag ich euch / was ihr nit gethan habt einem von disen geringsten / das habt ihr mir auch nit gethan.

46. Und dise werden gehen in die ewige Peyn / die Gerechte aber in das ewige Leben.

Das XXVI. Capitel.

I. Christus verkündigt seinen Jüngern seinen Todt / worüber die hohe Priester Rath halten / 1.
II. Wird von Maria Magdalena im Hauß Simonis / deß Außsätzigen / gesalbet / 6.
III. Isset mit seinen Jüngern das Osterlamb / 17.
IV. Halt und setzt das H. Abendmahl ein / in welchem Er das Brod in sein Fleisch / und den Wein in sein Blut verwandlet / und den Jüngern darreicht / 2c. 26.
V. Gehet an Oelberg / 2c. 30.

1. UNd es begab sich / da JEsus alle dise Reden vollendet hatte / sprach er zu seinen Jüngern:

2. Ihr wisset / daß nach zween Tagen Ostern wird / und deß Menschen Sohn wird überantwortet werden / daß man ihn creutzige.

3. Da versambleten sich die hohe Priester / und die Elteste deß Volcks in dem Saal deß hohen Priesters / der Caiphas genannt ward:

4. Und sie hielten einen Rath / wie sie JEsum mit List greiffen *a* / und tödten möchten.

5. Sie sprachen aber: nit auf den Fest-Tag / damit nit etwan eine Aufruhr unter dem Volck entstehe.

II. 6. Als aber JEsus zu Bethania war / im Hauß Simonis deß Außsätzigen.

a fangen.

7. Da

7. Da tratt ein Weib zu ihm/ die hatte eine Alabasterne Büchs mit köstlicher Salben/ u. sie schüttete dieselbige auß über sein Haubt/ da er zu Tisch saß.

8. Da solches aber die Jünger sahen wurden sie unwillig / u. sprachen: worzu dienet diser Verlust?

9. Dan dise Salb hätte man theuer verkauffen/ und den Armen geben können.

10. JEsus aber/ der solches wuste / sprach zu ihnen: Was seyd ihr disem Weib überlästig? dan sie hat ein gutes Werck an mir verrichtet.

11. Dan die Arme habt ihr allezeit bey euch: mich aber habt ihr nit allezeit.

12. Dan daß sie dise Salb auf meinen Leib hat außgegossen/ das hat sie gethan/ mich zu begrabē *a*.

13. Warlich sag ich euch/ wo diß Evangelium wird geprediget werden in der gantzen Welt / da wird man auch sagen/ was sie gethan hat/ zu ihrer Gedächtnuß.

14. Da gieng einer von den Zwölffen / der Judas Iscariot genannt war / zu den hohen Priestern/

15. Und sprach zu ihnen: Was wollet ihr mir geben / so will ich ihn euch verrathen? Sie aber setzten ihm dreyßig Silberling.

16. Und von dem an suchte er Gelegenheit ihn zu verrathen.

III. 17. Aber am ersten Tag der ungesäuertē Brod/ tratten die Jünger zu JEsu/ und sprachen: Wo wilstu / daß wir dir bereiten das Osterlam̄ zu essen.

18. JEsus aber sprach: Gehet hin in die Stadt zu einem/ und saget ihm: Der Meister spricht: Meine Zeit ist nahe herbey kommen/ bey dir wil ich Ostern halten mit meinen Jüngern.

19. Und die Jünger thäten/ wie ihnen JEsus befohlen hatte/ und bereiteten das Osterlamm.

20. Als es nun war Abend worden/ setzte er sich zu Tisch mit seinen zwölff Jüngern.

21. Und da sie assen/ sprach er: Warlich sag ich euch/ einer unter euch wird mich verrathen.

22. Da wurden sie sehr betrübt / und fiengen an/ ein jeglicher für sich/ zu sagen: HERR/ bin ichs?

23. Er aber antwortete/ und sprach: Der die Hend mit mir in die Schüssel tuncket / derselbig wird mich verrathen.

24. Deß Menschen Sohn gehet zwar hin / wie von ihm geschriben ist: wehe aber demselbigen Menschen/ durch welchen deß Menschen Sohn wird verrathen werden: es wäre ihm besser / daß derselbig Mensch nit gebohren wäre.

25. Judas aber/ der ihn verrathen hat/ antwortete und sprach: Bin ichs Rabbi? Und er sprach zu ihm: Du hasts gesagt.

a zum Grab zubereitten

7. accessit ad eum mulier habens alabastrum unguenti pretiosi, & effudit *c* super caput ipsius recumbentis.

8 Videntes autem discipuli: indignati sunt dicentes: Ut quid perditio hæc?

9. potuit enim istud vænumdari multo, & dari pauperibus.

10. Sciens autem Jesus, ait illis: quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me:

11. nam semper pauperes habetis vobiscum: me autem non semper habetis.

12. Mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendū me *d* fecit.

13. Amen dico vobis, ubicumque prædicatum fuerit hoc evangelium in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit in memoriam ejus.

14. *e* Tunc abiit unus de duodecim, qui dicebatur Judas Iscariotes, ad principes sacerdotum:

15. & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos.

16. Et exinde quærebat opportunitatem ut eum traderet.

III. 17. *f* prima autem die azymorum *g* accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Ubi vis paremus tibi comedere Pascha?

18. At Jesus dixit: ite in civitatem ad quemdam, & dicite ei: Magister dicit: tempus meum propè est, apud te facio Pascha cum discipulis meis.

19. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Jesus, & paraverunt Pascha.

20. *h* Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis suis.

21. Et edentibus illis, dixit: Amen dico vobis, *l* quia unus vestrûm me traditurus est.

22. Et contristati valde, cœperunt singuli dicere: Numquid ego sum Domine?

23. At ipse respondens, ait: Qui in tingit mecum manum in paropside, hic me tradet.

24. Filius quidem hominis vadit, *m* sicut scriptum est de illo: væ autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur: bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille.

25. Respondens autem Judas, qui tradidit eum, dixit: Numquid ego sum Rabbi? Ait illi *n*: tu dixisti. IV. 26.

c unguentum subtile & quasi aqueum.

d i. me velut sepeliendum unxit.

e Marc. 14. 10. Luc. 22. 3.

f Mar. 14. 12. Luc. 22. 7.

g per Synecdochen, ea die, à cujus sequenti vespera incipiebat pascha, seu prima dies Azymorū. hinc patet contra Græcos, Christum in institutione Evcharistiæ usum fuisse pane azymo. *Tirin.*

h Mar. 14. 17. Luc. 22. 14.

l Ioan. 13. 21.

m Psalm. 40. 10.

n submissa voce.

o 1. Cor. 11. 24.

IV. 26. *o* Cœnantibus autem eis, accepit
Jeſus panem, & benedixit, ac fregit, de-
ditque diſcipulis ſuis, & ait: Accipite, &
comedite: hoc eſt corpus meum.*p*

p his verbis effecit, quod dixit.

27. Et accipiens calicem gratias e
git: & dedit illis, dicens: Bibite ex
hoc omnes.
28. Hic eſt enim ſanguis meus novi teſ-
tamenti, qui pro multis effundetur *q* in re
miſſionem peccatorum.

q incruentè in ultima cæna, & cruente in cruce.

29. Dico autem vobis: non bibam a-
modo de hoc genimine vitis usque in di-
em illum, cùm illud bibam vobiscum no-
vum in regno Patris mei.
V. 30 Et hymno dicto, exierunt in
montem Oliveti.

r Mar. 14. 27. Ioann. 16. 32.
s Zach. 13. 7.

31. Tunc dicit illis Jeſus: *r* omnes vos
ſcandalum patiemini in me, in iſta nocte.
Scriptum eſt enim: *s* Percutiam paſtorem,
& diſperdentur oves gregis.

t Marc. 14. 28. & 16. 7.

32. Poſtquam autem reſurrexero, *t*
præcedam vos in Galilæam.
33. Reſpondens autem Petrus, ait illi:
Et ſi omnes ſcandalizati fuerint in te, ego
numquam ſcandalizabor.

u Marc. 14. 30. Joan. 13. 38.
x cantum compleat.
y Marc. 14. 31. Luc. 22. 33

34. Ait illi Jeſus: *u* Amen dico tibi, quia
in hac nocte antequam gallus *x* cantet,
ter me negabis.
35. Ait illi Petrus: *y* Etiamſi oportue-
rit me mori tecum, non te negabo. Simi-
liter & omnes diſcipuli dixerunt.
36. Tunc venit Jeſus cum illis in villam
quæ dicitur Gethſemani, & dixit diſcipu-
lis ſuis: Sedete hîc donec vadam illuc, &
orem.
37. Et aſſumpto Petro, & duobus filiis
Zebedæi, cœpit contriſtari & mœſtus
eſſe.
38. Tunc ait illis: Triſtis eſt anima mea
usque ad mortem *z*: ſuſtinete hîc, & vigi-
late mecum.

z ex viva apprehenſione paſſionis & mortis.

39. Et progreſſus puſillùm, procîdit in
faciem ſuam, orans, & dicens: Pater mi,
ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Ve-
rumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.
40. Et venit ad diſcipulos ſuos, & in-
venit eos dormientes, & dicit Petro. Sic
non potuiſtis una hora vigilare mecum?
41. Vigilate, & orate ut non intretis in
tentationem. Spiritus quidem promptus
eſt, caro autem infirma.
42. Iterum ſecundò abiit, & oravit, di-

IV. 26. Da ſie aber zu Nacht aſſen / nahm JEſus
das Brod / und ſeegnete es / und brachs / und gab es
ſeinen Jüngern / und ſprach: Nehmet hin / und eſ-
ſet / das iſt mein Leib.
27. Und er nahm den Kelch / und ſagte Danck /
und gab ihnen den / und ſprach: Trincket alle da-
rauß.
28. Dan diß iſt mein Blut deß Neuen Teſta-
ments / das für vil wird vergoſſen werden zur Ver-
gebung der Sünden:
29. Ich ſage euch aber / daß ich von nun an von
diſem Gewächs deß Weinſtocks nit trincken werde /
biß an den Tag / da ich mit euch das Neu trincken
werde im Reich meines Vatters.
V. 30. Und als ſie das Lobgeſang geſprochen hat-
ten / giengen ſie hinaus an den Oelberg.
31. Da ſprach JEſus zu ihnen: Ihr werdet euch
in diſer Nacht alle an mir ärgern: dan es ſtehet ge-
ſchriben: Ich wil den Hirten ſchlagen / und die
Schaaf der Heerd werden ſich zerſtreuen.
32. Wan ich aber widerum auferſtehen werde /
ſo wil ich vor euch hergehen in Galiläam.
33. Petrus aber antwortete / und ſprach zu ihm:
Wan ſich ſchon alle an dir ärgern wurden / ſo wil ich
mich doch nimmer ärgern.
34. JEſus ſprach zu ihm: Warlich ſag ich dir /
du wirſt mich in diſer Nacht / ehe der Han kräet /
dreymal verlaugnen.
35. Da ſprach Petrus zu ihm: Wan ich ſchon
mit dir ſterben müßte / ſo wil ich dich doch nit ver-
laugnen. Deßgleichen ſagten auch alle Jünger.
36. Da kam JEſus mit ihnen in den Bauhoff /
der Gethſemani genannt wird / und ſprach zu ſeinen
Jüngern: Setzet euch allhie nider / biß daß ich dort
hingehe und bette.
37. Und er nahm Petrum zu ſich / ſamt den bey-
den Söhnen Zebedäi / und fieng an ſich zu betrüben /
und traurig zu werden.
38. Da ſprach er zu ihnen: Meine Seel iſt be-
trübt / biß in den Todt. Bleibet hie / und wachet
mit mir.
39. Und er gieng ein wenig fort / und fiel nider auf
ſein Angeſicht / bettete / und ſprach: Mein Vatter /
iſt es möglich / ſo laß diſen Kelch von mir gehen:
doch nit wie ich wil / ſondern wie du wilſt.
40. Und er kam zu ſeinen Jüngern / und fand ſie
ſchlaffend / und ſprach zu Petro: Habt ihr dan nit
eine Stund mit mir wachen können?
41. Wachet und bettet / auf daß ihr nit in Ver-
ſuchung fallet. Der Geiſt iſt zwar willig aber das
Fleiſch iſt ſchwach.
42. Abermal u. zum andern gieng er hin bettete /
und

und sprach: Mein Vatter/kan diser Kelch nit vorüber gehen/ich trincke ihn dan so geschehe dein Will.

43. Und er kam widerum/ und fand sie schlaffend: dan ihre Augen waren mit Schlaff beschweret.

44. Und er verließ sie/ und gieng abermal hin/ und bettete zum drittenmal/ und redete eben dieselbige Wort.

45. Da kam er zu seinen Jüngern/ und sprach zu ihnen: Schlaffet nun/und ruhet: sehet die Stund ist herbey komen: und deß Menschen Sohn wird in die Händ der Sünder überantwortet werden.

46. Stehet auf/lasset uns gehen: sehet er ist nahe herzu kommen/ der mich verrathen wird.

47. Und als er noch redete/ sihe/ da kam Judas/ einer von den Zwölffen/ und mit ihme eine grosse Schaar/ mit Schwerdtern und Stangen/ welche von den Hohen Priestern/ und von den Aeltisten deß Volcks gesand ware.

48. Aber der ihn verrieth/ der hatte ihnen ein Zeichen gegeben/ und gesagt: Welchen ich kussen werde/ der ists/ den greiffet. *a*

49. Und alsbald trat er zu JEsu/ und sprach: Sey gegrüßt Rabbi. Und er kussete ihn.

50. JEsus aber sprach zu ihm: Freund/ wozu bist du kommen? Da traten sie hinzu/ und legten die Händ an JEsum/ und griffen ihn.

51. Und sihe/ einer von denen/ welche mit JEsu waren/ streckete sein Hand auß/ und zohe sein Schwerdt auß/ und schlug deß Hohen Priesters Knecht/ und hieb ihm ein Ohr ab.

52. Da sprach JEsus zu ihm: Stecke dein Schwerdt an sein Ort/ dan alle/ die das Schwerdt nehmen/ die werden durchs Schwerdt umkommen.

53. Oder meynest du/ daß ich meinen Vatter nit bitten könne/ daß Er mir jetzt mehr/ dan zwölff Legion Engel zuschicke?

54. Wie wurden dan die Schrifften erfüllet werden/ dan es muß also geschehen.

55. In derselbigen Stund sprach JEsus zu den Schaaren: Ihr seyd gleichwie zu einem Mörder außgangen mit Schwerdtern und Stangen/ mich zu greiffen: bin ich doch täglich bey euch im Tempel gesessē/ u. habe gelehret/ u. ihr habt mich nit ergriffē.

56. Aber das alles ist geschehen/damit die Schrifften der Propheten erfüllet wurden. Da verliessen ihn alle seine Jünger/ und flohen davon.

57. Aber sie griffen JEsum/ und führeten ihn zu Caipha dem Hohen Priester/ da sich die Schrifftgelehrte und Aelteste versammlet hatten.

58. Petrus aber folgete Ihm nach von fern/ biß in deß Hohen Priesters Hoff. Und er gieng hin-

a **fanget und haltet.**

cens: Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat voluntas tua.

43. Et venit iterum, & invenit eos dormientes: erant enim oculi eorum gravati.

44. Et relictis illis, iterum abiit, & oravit tertiò, eumdem sermonem dicens.

45. Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis: Dormite jam *a* & requiescite: ecce appropinquavit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum.

46. Surgite eamus *b*: ecce appropinquavit qui me tradet.

47. *c* Adhuc eo loquente, ecce Judas unus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis, & fustibus, missi à principibus sacerdotum, & senioribus populi.

48. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum.

49. Et confestim accedens ad Jesum, dixit: Ave Rabbi. Et osculatus est eum.

50. Dixitque illi Jesus: Amice, ad quid venisti? Tunc accesserunt, & manus injecerunt in Jesum, & tenuerunt eum.

51. Et ecce unus ex his, qui erant cum Jesu, extendens manum, exemit gladium suum & percutiens servum principis sacerdotum amputavit auriculam ejus *d*

52. Tunc ait illi Jesus: Converte gladium tuum in locum suum. *e* Omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribunt.

53. An putas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones angelorū?

54. *f* Quomodo ergo implebuntur Scripturæ, quia sic oportet fieri?

55. In illa hora dixit Jesus turbis: Tamquam ad latronem existis cum gladiis, & fustibus comprehendere me: quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis.

56. Hoc autem totum factum est, *g* ut adimplerentur Scripturæ prophetarum *h*. Tūc discipuli omnes, *l* relicto eo, fugerunt.

57. *m* At illi tenentes Jesum duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, ubi Scribæ & seniores convenerant.

58. Petrus autem sequebatur eum à longè, usque in atrium principis sacerdotum.

a Ironia est, q. d. jam scilicet tempus est, cùm hostis imminet.

b obviam hostibus.

c *Mar.* 14. 43. *Luc.* 22. 47. *Joan.* 18. 3.

d ictu aberrante.

e *Gen.* 9. 6. *Apoc.* 13. 10.

f *Isa.* 53. 10.

g *Tr.* 4. 20.

h & dispositiones divini consilii in Scripturis expressæ.

l *Marc.* 14. 50.

m *Luc.* 22. 54. *Joan.* 18. 24.

Et ingreſſus intrò, ſedebat cum miniſtris, ut videret finem.

59. Principes autem ſacerdotum,& omne conciliũ, quærebant falſum teſtimonium contra Jeſũ ,ut eum morti traderent:

60. & non invenerunt, cùm multi falſi teſtes acceſſiſſent. Noviſſimè autem venerunt duo falſi teſtes *n*,

n verba & mentem Chriſti falſificantes.

61. & dixerunt: Hic dixit: *o* Poſſum deſtruere templum Dei, & poſt triduum reædificare illud.

o Joan. 2. 19.

62. Et ſurgens princeps ſacerdotum, ait illi: Nihil reſpondes ad ea, quæ iſti adversùm te teſtificantur?

63. Jeſus autem tacebat. Et princeps ſacerdotum ait illi: Adjuro te per Deum vivum, ut dicas nobis ſi tu es Chriſtus Filius Dei.

64. Dicit illi Jeſus: Tu dixiſti. Verumtamen dico vobis, *p* amodo videbitis *q* filium hominis ſedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli.

p Sup. 16. 17. Rom. 14. 10. 1. Theſſ. 4. 15.

q inchoatè poſt meam mortem; perfectè in judicio ſingulorum particulari; completè in judicio univerſali.

65. Tunc princeps ſacerdotum ſcidit veſtimenta ſua, dicens: Blaſphemavit: quid adhuc egemus teſtibus? ecce nunc audiſtis blaſphemiam:

66. quid vobis videtur? At illi reſpondentes dixerunt: Reus eſt mortis.

67. *r* Tunc expuerunt in faciem ejus, & colaphis eum ceciderunt, alii autem palmas in faciem ejus dedérunt,

r Iſai. 50. 6. Marc. 14. 65.

68. dicentes: Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt, qui te percuſſit.

69. *s* Petrus verò ſedebat foris in atrio: & acceſſit ad eum una ancilla, dicens: Et tu cum Jeſu Galilæo eras.

s Luc. 22. 55. Joan. 18. 17.

70. At ille negavit coram omnibus, dicens: Neſcio quid dicis.

71. Exeunte autem illo januam, vidit eum alia ancilla, & ait his, qui erant ibi: Et hic erat cum Jeſu Nazareno.

72. Et iterùm negavit cum juramento: Quia non novi hominem.

73. Et poſt puſillum acceſſerunt qui ſtabant, & dixerunt Petro: Verè & tu ex illis es: nam & loquela tua manifeſtum te facit.

74. Tunc cœpit deteſtari *t*, & jurare quia non noviſſet hominem. Et continuò gallus cantavit.

t Græcè execrari & ſe-ipſum diris devovere.

75. Et recordatus eſt Petrus verbi Jeſu, quod dixerat: Priùs quàm gallus can-

ein/ und ſetzte ſich nider mit den Dienern/ damit er das End ſehe.

59. Aber die Hohe Prieſter / ſamt dem gantzen Rath ſuchten ein falſche Zeugnuß wider JEſum / damit ſie ihn zum Todt bringen möchten:

60. Und ſie funden keine / wie wol vil falſcher Zeugen herzutraten. Zum Letzten aber kamen zween falſche Zeugen/

61. Und ſprachen: Diſer hat geſagt: Ich kan den Tempel GOttes abbrechen/und denſelben in dreyen Tagen widerum aufbauen.

62. Da ſtund der Hohe Prieſter auf / und ſprach zu ihm: Antworteſt du nit auf die Ding / ſo diſe wider dich zeugen?

63. JEſus aber ſchwige ſtill. Und der Hohe Prieſter ſprach zu ihm: Ich beſchwöre dich bey dem lebendigen GOtt/ daß du uns ſageſt/ ob du Chriſtus ſeyeſt/ der Sohn GOttes?

64. JEſus ſprach zu ihm: Du haſts geſagt. Aber ich ſage euch ihr werdet von nun an deß Menſchen Sohn ſitzen ſehen zu der Rechten der Krafft GOttes/ und komen in den Wolcken deß Himmels.

65. Da zerriſſe der hohe Prieſter ſeine Kleyder / und ſprach: Er hat GOtt geläſtert: was bedörffen wir weiter Zeugen? Sihe / ihr habt die Gottsläſterung jetzt gehöret:

66. Was duncket euch? Sie aber antworteten/ und ſprachen: Er iſt deß Todts ſchuldig.

67. Da ſpeyeten ſie in ſein Angeſicht / und ſchlugen ihn mit Fäuſten / etliche aber gaben ihm Backenſtreich ins Angeſicht /

68. Und ſprachen: Weiſſage uns Chriſte / wer iſts / der dich geſchlagen hat?

69. Petrus aber ſaß drauſſen im Hof: und eine Magd tratt zu ihm: und ſprach: du wareſt auch bey JEſu / dem Galiläer.

70. Er aber laugnete es vor ihnen allen / und ſprach: Ich weiß nit / was du ſageſt.

71. Als er aber zur Thür hinauß gieng/ ſahe ihn eine andere Magd / und ſprach zu denen / ſo allda waren: diſer war auch bey JEſu von Nazareth.

72. Und er laugnete es abermal / auch mit einem Eyd / und ſprach: Ich kenne den Menſchen nit.

73. Und über ein wenig hernach/ tratten herzu / die da ſtunden / und ſprachen zu Petro: Warlich / du biſt auch einer von denen: dan auch deine Sprach machet dich offenbar.

74. Da fieng er an ſich zu verfluchen/und zu ſchwören / daß er den Menſchen nit kenne. Und alsbald kräete der Han.

75. Da gedachte Petrus an das Wort JEſu / das Er geſagt hatte: Ehe der Han kräet / wirſt du mich

mich dreymal verlaugnen. Und er gieng hinauß / und weinete bitterlich.

Das XXVII. Capitel.

I. Christus wird dem Pilato vorgestellt / worüber sich Judas erhenckt / 1.
II. Wird von Pilato für unschuldig erkannt / jedoch Barabbå nachgesetzt / gegeißlet / mit Dörnern gekrönet / und verspottet / 11.
III. Wird mit dem Creutz zur Schedelstatt geführt / mit Eßig und Gallen getråncket / gecreutziget / und gelåstert / 31.
IV. Gibt / nach dreystündiger Finsternuß / seinen Geist auf / worüber die Erd erzittert 2c. der Haubtmann / und andere ihn bekennen / als den wahren Sohn GOttes / 45.
V. Sein Leichnam wird von Joseph begraben / und von Hütern verwahret / 57.

1. DA es aber war Morgen worden / hielten alle hohe Priester und Eltesten deß Volcks einen Rath wider JEsum / daß sie ihn zum Todt übergeben möchten /
2. Und sie führeten ihn gebunden hin / und übergaben ihn Pontio Pilato dem Landpfleger.
3. Da das Judas sahe / der ihn verrathen hatte / daß er zum Todt verdammt war / reuete es ihn / und brachte die dreyßig Silberling den hohen Priestern und Eltesten widerumb /
4. Und sprach: Ich hab gesündiget / daß ich das unschuldige Blut verrathen hab. Sie aber sprachen: Was gehet uns das an? da sihe du zu.
5. Und er warff die Silberling in den Tempel / und machte sich davon: und er gieng hin / und erhenckete sich selbst mit einem Strick.
6. Aber die hohe Priester namen die Silberling / und sprachen: Es gezimt sich nit / daß man sie in den GOttskasten werffe / dan es ist Blutgeld.
7. Sie funden aber einen Rath und kaufften darumb eines Haffners Acker / zur Begråbnuß der Frembden.
8. Daher ist derselbig Acker genannt worden / Haceldama / das ist / der Blutacker / biß auf den heutigen Tag.
9. Da ist erfüllet worden / was durch den Propheten Jeremiam gesagt ist / der da spricht: Und sie haben dreyßig Silberling genommen / den Werth dessen / der geschåtzt war / den sie von den Kindern Israel erkaufft haben:
10. Und haben sie umb eines Haffners Acker gegeben / wie mir der HErr befohlen hat.
II. 11. JEsus aber stund vor dem Landpfleger / und der Landpfleger fragete ihn / und sprach: Bist du der König der Juden? JEsus sprach zu ihm: du sagsts.

tet, ter me negabis. Et egressus foras, flevit amarè.

CAPUT XXVII.

I. Christus Pilato traditur; Judas relatis argenteis, laqueo se suspendit: 1.
II. Jesus coram Pilato accusatur, uxor Pilati dicit ipsum justum: ille tamen Barabbæ postponitur & flagellatus ac multipliciter illusus 11.
III. Ducitur ad crucifigendum; & felleo vino potatus, inter latrones crucifigitur, divisis ipsius vestimentis, & blasphemiis afficitur. 31.
IV. Suboriuntur tenebræ; & Jesus aceto potatus, cum clamore expirat, ac signa varia fiunt: 45.
V. Corpus Jesu à Joseph sepultum custoditur à militibus. 57.

1. MAnè autem facto, consilium inierunt omnes principes sacerdotum, & seniores populi adversus Jesum, ut eum morti traderent.
2. *a* Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi.
3. Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quòd damnatus esset; pœnitentiâ ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum, & senioribus,
4. dicens: Peccavi, tradens sanguinem justum *b*. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris.
5. Et projectis argenteis in templo, recessit: *c* & abiens *d* laqueo se suspendit.
6. Principes autem sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbonam: quia pretium sanguinis est.
7. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum.
8. *e* Propter hoc vocatus est ager ille, Haceldama, hoc est, ager sanguinis, usque in hodiernum diem.
9. Tunc impletum est, quod dictum est per Jeremiam prophetam, dicentem *f*: Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiaverunt à filiis Israel:
10. & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.
II. 11. Jesus autem stetit ante præsidem, *g* & interrogavit eum præses, dicens: Tu es Rex Judæorum? Dicit illi Jesus: Tu dicis.

a *Marc.* 15. 1. *Luc.* 23. 1. *Joan.* 18. 28
b hominem innocentê.
c *Actor* 1. 18.
d desperabundus.
e *Act.* 1. 19.
f præterea & per Zachariam scribentem *Zach.* 11. 12.
g *Marc.* 15. 2. *Luc.* 23. 3. *Joan.* 18. 33

12. Et cùm accusaretur à principibus sacerdotum, & senioribus, nihil respondit.

13. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis quanta adversum te dicunt testimonia?

14. Et non respondit ei ad ullum verbũ, ita ut miraretur præses vehementer. *h*

h Christi generosam patientiam.

15. Per diem autem solemnem consueverat præses populo dimittere unum vinctum, quem voluissent.

16. Habebat autem tunc vinctum insignem *l*, qui dicebatur Barabbas.

l & notum flagitiis.

17. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus: Quem vultis dimittam vobis: Barabbam, an Jesum, qui dicitur Christus?

18. Sciebat enim, quòd per invidiam tradidissent eum.

19. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor ejus, dicens: Nihil tibi, & justo illi. Multa enim passa sum hodie per visum propter eum.

20. *m* Principes autem sacerdotum, & seniores persuaserunt populis ut peterent Barabbam, Jesum verò perderent.

m Marc. 15. 11. Luc. 23, 18. Joan. 18. 40. Actor. 3. 14.

21. Respondens autem præses, ait illis: Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt: Barabbam.

22. Dicit illis Pilatus: Quid igitur faciam de Jesu, qui dicitur Christus?

23. Dicunt omnes: Crucifigatur. Ait illis præses: Quid enim malè fecit? At illi magis clamabant dicentes: Crucifigatur.

24. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lavit manus coram populo, dicens: Innocens ego sum à sanguine *n* justi hujus: vos videritis.

n cæde.

25. Et respondens universus populus, dixit: Sanguis ejus super nos, & super filios nostros.

26. Tunc dimisit illis Barabbam: Jesum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur.

27. Tunc milites præsidis suscipientes Jesum in prætorium, *o* congregaverunt ad eum universam cohortem:

o Marc. 15. 16. Psalm. 21. 17.

28. & exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei,

29. *p* & plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput ejus, & arundinem in dextera ejus. Et genu flexo ante eum,

p Joan. 19. 2.

12. Und als er von den hohen Priestern und Eltesten verklaget war / antwortete er nichts.

13. Da sprach Pilatus zu ihm: Hörest du nit / wie grosse Zeugnussen sie wider dich führen?

14. Und er antwortete ihm nit ein einziges Wort / also daß der Landpfleger sich sehr verwunderte.

15. Auf dem hohen Fest-Tag aber / pflegte der Landpfleger dem Volck einen Gefangenen loß zu geben / welchen sie wolten.

16. Er hatte aber damals einen außbündigen Gefangenen / der Barabbas genannt war.

17. Da sie nun beysammen waren / sprach Pilatus: Welchen wollet ihr / daß ich euch loß geben soll: Barabbam / oder Jesum / der genañt wird Christus.

18. Dan er wuste wohl / daß sie ihn auß Neid übergeben hatten.

19. Als er aber auf dem Richtstuhl saß / schickte sein Weib zu ihm / und ließ ihm sagen: habe du nichts zu schaffen mit disem Gerechten. Dan ich hab heut vil im Traum gelitten von seinentwegen.

20. Aber die hohe Priester und Elteste überredeten das Volck / daß sie Barabbam loß bitten / und JEsum tödten solten.

21. Der Landpfleger aber antwortete / und sprach zu ihnen: welchen wollet ihr / daß man euch unter disen beyden loß geben soll? und sie sprachen Barabbam.

22. Pilatus sprach zu ihnen: Was soll ich dan mit JEsu machen / der genannt wird Christus?

23. Sie sprachen alle: er soll gecreutziget werden. Der Landpfleger sprach zu ihnen: Was hat er dan übels gethan? Sie aber rieffen vil mehr / und sprachen: Er soll gecreutziget werden.

24. Als aber Pilatus sahe / daß er nichts außrichtete / sondern daß ein vil grösseres Getümmel war: nam er Wasser / und wusche seine Händ vor dem Volck / und sprach: Ich bin unschuldig an dem Blut dises Gerechten: Sehet ihr zu.

25. Da antwortete das gantze Volck / und sprach: Sein Blut komme über uns / und über unsere Kinder.

26. Da gab er ihnen Barabbam loß: JEsum aber / nachdem er ihn geißlen lassen / überantwortete er ihnen / daß er gecreutziget wurde.

27. Da namen die Kriegsknecht deß Landpflegers JEsum zu sich in das Richthauß / und versambleten zu ihm die gantze Schar:

28. Und sie zohen ihn auß / und legten ihm einen Purpur Mantel an:

29. Und flochten eine Cron von Dörnern / und setzten sie auf sein Haubt / und gaben ihm ein Rohr in seine rechte Hand. Und sie bogen die Knye vor ihm /

ihm / und verspotteten ihn / und sprachen: Sey gegrüßt du König der Juden.

30. Und sie speyeten auf ihn / und namen das Rohr / und schlugen sein Haubt damit.

III. 31. Und nachdem sie ihn verspottet hatten / namen sie ihm den Mantel ab / und thäten ihm seine Kleyder an / und führeten ihn hin / daß sie ihn creutzigten.

32. Indem sie aber hinauß giengen / funden sie einen Menschen von Cyrene / mit Namen Simon: disen zwungen sie / daß er sein Creutz truge.

33. Und sie kamen zu dem Ort / das Golgotha genannt wird / das ist / Schedelstatt.

34. Und sie gaben ihm Wein zu trincken / der mit Gallen vermischet war. Und als er denselben kostete / wolte er ihn nit trincken.

35. Nachdem sie ihn aber gecreutziget hatten / theileten sie seine Kleyder / und wurffen das Loß darumb: damit erfüllet wurde / was gesagt ist durch den Propheten / der da spricht: sie haben meine Kleyder unter sich getheilet / und haben über mein Gewand das Loß geworffen.

36. Und sie sassen / und hatten acht auf ihn.

37. Und sie hefften oben zu seinem Haubt die Ursach seines Todts / die also geschriben war: DIS IST JESUS DER JUDEN KOENIG.

38. Es wurden auch damals zween Mörder mit ihm gecreutziget / einer zur Rechten / und der ander zur Lincken.

39. Die aber vorüber giengen / lästerten ihn / und schüttelten ihre Köpff /

40. Und sprachen: Pfui / der du den Tempel GOttes zerstörest / und denselbigen in dreyen Tagen widerumb aufbauest: Hilff dir selbst: bist du GOttes Sohn / so steige vom Creutz herab.

41. Deßgleichen spotteten sein auch die hohe Priester / sambt den Schrifftgelehrten / und Eltesten / und sprachen:

42. Er hat andern geholffen / und kan ihm selbst nit helffen: Ist er der König Israel / so steige er jetzt vom Creutz herab / so wollen wir ihm glauben:

43. Er vertrauet auf GOtt: der erlöse ihn nun / wo er ein Wohlgefallen an ihm hat: dan er hat gesagt: Ich bin GOttes Sohn.

44. Eben dasselbig wurffen ihm auch die Mörder lästerlich für / welche mit ihm gecreutziget waren.

IV. 45. Aber von der sechsten Stund an / war eine Finsternuß über dem gantzen Erdboden / biß zu der neundten Stund.

46. Und umb die neundte Stund rieff JEsus mit lauter Stimm / und sprach: Eli / Eli / lamma

illudebant ei dicentes: Ave rex Judæorum.

30. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput ejus.

III. 31. Et postquam lluserunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerunt eum vestimentis ejus, & duxerunt eum, ut crucifigerent.

32. *q* Exeuntes autem invenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simonem: hunc angariaverunt ut tolleret crucem ej⁹.

33. *r* Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Calvariæ locus.

34. Et dederunt ei vinum *s* bibere cum felle mistum. Et cùm gustasset, noluit bibere.

35. Postquam autem crucifixerunt eum *t*, diviserunt *u* vestimenta ejus, sortem mittentes: ut impleretur quod dictum est per Prophetam dicentem: *x* Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

36. Et sedentes servabant eum.

37. Et imposuerunt super caput ejus causam ipsius scriptam: HIC EST JESUS REX JUDÆORUM.

38. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: unus à dexteris, & unus à sinistris.

39. Prætereuntes autem blasphemabant eum moventes capita sua,

40. & dicentes: *y* Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: salva temetipsum: si filius Dei es, descende de cruce.

41. Similiter & principes sacerdotum illudentes cum Scribis, & senioribus dicebant:

42. Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere: *z* si rex Israël est, descendat de cruce, & credimus ei:

43. *a* confidit in Deo: liberet nunc, si vult, eum, dixit enim: Quia Filius Dei sum.

44. Idipsum autem & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei.

IV. 45. A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super universam terram, usque ad horam nonam.

46. Et circa horam nonam clamavit Jesus voce magna, dicens: *b* Eli, Eli, lamma

q Marc. 15. 21. Luc. 23. 26.
r Marc. 15. 22. Luc. 23. 33. Joan. 19. 17.
s sed acetosum: hinc Græcus & Syrus acetum vocant
t ferreis clavis.
u Marc. 15. 24. Luc. 23. 34. Joan. 19. 23.
x Psalm. 21. 19.
y Joan. 2. 19.
z Sap. 2. 18.
a Psalm. 21. 9.
b Psalm. 21. 2.

sabacthàni? hoc est: Deus meus, Deus
meus ut quid dereliquisti me?
47. Quidam autem illic stantes *c* & au-
dientes dicebant: Eliam vocat iste.
48. Et continuò currens unus ex eis, ac-
ceptam spongiam implevit aceto, & im-
posuit arundini, & dabat ei bibere.
49. Cæteri verò dicebant: Sine, videa-
mus an veniat Elias liberans eum.
50. Jesus autem iterùm clamans voce
magna, emisit spiritum.
51. *d* Et ecce velum *e* templi scissum est
in duas partes à summo usque deorsum,
& terra mota est, & petræ scissæ sunt,
52. & monumenta aperta sunt: & mul-
ta corpora sanctorum, qui dormierant
surrexerunt. *f*
53. Et exeuntes de monumentis post
resurrectionem ejus, venerunt in sanctam
civitatem, & apparuerunt multis.
54. Centurio autem, & qui cum eo
erant, custodientes Jesum, viso ter-
ræmotu & his, quæ fiebant, timue-
runt valdè, dicentes: Verè Filius Dei
erat iste.
55. Erant autem ibi mulieres multæ à
longè, quæ secutæ erant Jesum à Galilæa,
ministrantes ei:
56. inter quas erat Maria Magdalene,
& Maria Jacobi, & Joseph mater, & ma-
ter filiorum Zebedæi.
V. 57. *g* Cùm autem serò factum esset,
venit quidam homo dives ab Arimathæa,
nomine Joseph, qui & ipse discipulus
erat Jesu.
58. Hic accessit ad Pilatum, & petiit
corpus Jesu. Tunc Pilatus jussit reddi
corpus.
59. Et accepto corpore, Joseph invol-
vit illud in sindone munda.
60. Et posuit illud in monumento suo
novo, quod exciderat *h* in petra. Et ad-
volvit saxum magnum ad ostium monu-
menti, & abiit.
61. Erat autem ibi Maria Magdalene,
& altera Maria, sedentes contra sepul-
chrum.
62. Altera autem die, quæ est post Pa-
rasceven, convenerunt principes sacerdo-
tum, & Pharisæi ad Pilatum,
63. dicentes: Domine, recordati su-

c Romani milites, Hebraicæ vel Syriacæ linguæ imperiti.

d 2. Par. 3. 14.

e Sanctum sanctorum à Sancto secernens.

f deinde cum Christo primo genito mortuorũ.

g Marc. 15. 42. Luc. 23. 50. Joan. 19. 38.

h excidi cu- raverat.

sabacthani? das ist: Mein GOtt / Mein GOtt
warum hast du mich verlassen?
47. Etliche aber / welche daselbst stunden / und
das höreten / sprachen: Diser rufft dem Elia.
48 Und alsbald lieff einer von ihnen / nam ei-
nen Schwamm / und füllete ihn mit Eßig / und
hefftete ihn an ein Rohr / und gab ihm zu trincken.
49. Die andere aber sprachen: halt / lasset uns
sehen / ob Elias komme / und ihn errette.
50. JEsus rieff abermal mit lauter Stimm /
und gab den Geist auf.
51. Und sihe / der Vorhang deß Tempels zerriß
in zwey Stuck / von oben an biß unten auß. Und
die Erd erbidmet / und die Felsen zerrissen /
52. Und die Gräber wurden eröffnet: und vil
Leiber der Heiligen / die da schlieffen / stunden
auf.
53. Und sie giengen auß den Gräbern nach sei-
ner Aufferstehung / und kamen in die Heil. Stadt
und erschinen vilen.
54. Der Haubtmann aber / samt denen / die bey
ihm waren / und JEsum bewahreten / da sie das
Erdbidmen sahen / und was geschahe / förchteten
sie sich sehr / und sprachen: Diser ist warhafftig
GOttes Sohn gewesen.
55. Es waren aber daselbst vil Weiber / welche
von fern zusahen die JEsu nachgefolgt waren auß
Galiläa / und hatten ihm gedienet:
56. Unter welchen war Maria Magdalena / und
Maria Jacobi / und die Mutter Joseph / auch die
Mutter der Kinder Zebedäi.
V. 57. Nachdem es nun war Abend worden / kam
ein reicher Mann von Arimathäa / mit Namen
Joseph / der auch selbst ein Jünger JESU
war.
58. Diser tratt zu Pilato / und batt ihn umb den
Leib JEsu. Da befahl Pilatus / daß man ihm
den Leib geben solte.
59. Und Joseph nam den Leib / und wickelte ihn
in reine Leinwat:
60. Und legete ihn in sein eigenes neue Grab /
das er in einem Felsen außgehauen hatte. Und
er welzete einen grossen Stein vor die Thür deß
Grabs / und gieng hinweg.
61. Es war aber daselbst Maria Magdalena /
und die andere Maria / die gegen dem Grab über
sassen.
62. Aber deß andern Tags / der nach dem Rüst-
Tag folgete / kamen die hohe Priester und Phari-
säer samtlich zu Pilato /
63. Und sprachen: Herr / wir haben uns erinnert /
daß

daß diser Verführer sprach/ da er noch im Lebẽ war: Ich will nach dreyen Tagen widerum aufferstehen.

64. Derowegen befihl / daß man das Grab verwahre/ biß auf den drittẽ Tag: damit nit etwan seine Jünger komen/ und ihn stehlen/ u. sagẽ hernach zum Volck: er ist von den Todtẽ auferstanden: u. wurde also der letzte Irrthum ärger seyn / dan der erste.

65. Pilatus sprach zu ihnen: da habt ihr die Hüter/ gehet hin / und verwahret das Grab/ wie ihr wisset.

66. Sie aber giengen hin / und verwahreten das Grab mit Hüttern / und versiegelten den Stein.

Das XXVIII. Capitel.

I. Magdalena mit andern Weibern besuchet das Grab: der Engel wältzet den Stein vom Grab / und verkündigt die Aufferstehung Christi / 1.
II. Christus erscheinet den Weibern / und befihlt ihnen / seine Urständ den Jüngern zu verkündigen / 8.
III. Die hohe Priester bestechen die Hütter mit Geld / daß sie solten außgeben/ der Leichnam Christi wäre gestohlen worden / 11.
IV. Christus erscheinet seinen Jüngern in Galiläa / und sendet sie auß/ alle Völcker zu lehren und zu tauffen / 16.

1. AM End aber deß Sabbats / der zu Morgen anbricht an dem ersten Tag deß Sabbats *a*/ kam Maria Magdalena / und die andere Maria/ das Grab zu besehen.

2. Und sihe / es geschahe ein groß Erdbidmen. Dan der Engel deß HErrn stig vom Himmel herab: und tratt hinzu / und weltzete den Stein ab / und setzte sich darauf:

3. Aber seine Gestalt war wie der Blitz: und sein Kleyd war wie der Schnee.

4. Die Hütter aber erschracken auß Forcht vor ihm / und wurden / als wan sie todt wären.

5. Aber der Engel antwortete / und sprach zu den Weibern: Förchtet euch nit: dan ich weiß/ daß ihr JEsum suchet / der gecreutziget ist:

6. Er ist nit hie: dan er ist auferstanden / wie er gesagt hat. Kommet / und sehet das Ort / da der HErr hingelegt war.

7. Und gehet eylends hin / und saget seinen Jüngern / daß er sey auferstanden: und sihe / er gehet vor euch her in Galiläam: daselbst werdet ihr ihn sehen. Sihe / ich hab es euch zuvor gesagt.

II. 8. Und sie giengen eylends vom Grab hinweg / mit Forcht und grosser Freud/ und lieffen / seinen Jüngern solches zu verkündigen.

9. Und sihe/ JEsus begegnete ihnen/ und sprach: Seyd gegrüsset. Sie aber tratten hinzu/ und ergriffen seine Füß / und betteten ihn an.

10. Da sprach JEsus zu ihnen: förchtet euch nit.

a der Wochen.

mus, quia seductor ille dixit adhuc vivens: post tres dies resurgam.

64. Jube ergo custodiri sepulchrum usque in diem tertium: ne forte veniant discipuli ejus, & furentur eum, & dicant plebi: Surrexit à mortuis: & erit novissimus error pejor priore.

65. Ait illis Pilatus: Habetis custodiam, ite, custodite sicut scitis.

66. Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum *l*, signantes lapidem *m*, cum custodibus.*

l militari custodia.
m Sigillo, imò & vinculis ferreis Tirin.

CAPUT XXVIII.

I. Facto terræmotu, exterritisque custodibus Angelus mulieribus narrat Christi resurrectionem: 1.
II. Christus ipsis apparens jubet ut discipulis nuntient, quòd Dominum in Galilæa visuri sint: 8.
III. Milites sepulchri custodes, pecunia corrupti, dicunt corpus Christi furto sublatum: 11.
IV. Discipuli videntes in Galilæa Dominum, jubentur ire ad docendas & baptizandas omnes gentes. 16.

1. VEspere † autem sabbati, *a* quæ lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria, videre sepulchrum.

† SABBATO SANCTO
a *Marc.* 16. 1. *Ioan.* 20. 11.

2. Et ecce terræmotus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cælo: & accedens revolvit lapidem *b*, & sedebat super eum:

b in signum & indicium Christum verè resurrexisse.

3. erat autem aspectus ejus sicut fulgur: & vestimentum ejus sicut nix.

4. Præ timore autem ejus exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui.

5. Respondens autem angelus dixit mulieribus: Nolite timere vos: scio enim, quòd Jesum, qui crucifixus est, quæritis:

6. non est hîc: Surrexit enim *c*, sicut dixit: venite, & videte locum, ubi positus erat Dominus. *d*

c redivivus & immortalis.
d Corpus Domini.

7. Et citò euntes, dicite discipulis ejus quia surrexit: & ecce præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis. Ecce prædixi vobis.*

II. 8. Et exierunt citò de monumento cũ timore *e*, & gaudio magno *f*, currentes nuntiare discipulis ejus.

e ob admiranda quæ viderant.
f ob læta quæ audierant.

9. Et ecce Jesus occurrit illis dicens: Avete. Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes ejus: & adoraverunt eum.

10. Tunc ait illis Jesus: Nolite timere. Ite,

g discipulos jam fratres vocat.

Ite nuntiate fratribus meis g, ut eant in Galilæam, ibi me videbunt.

III. 11. Quæ cùm abiissent, ecce quidam de custodibus venerunt in civitatem, & nuntiaverunt principibus sacerdotum omnia, quæ facta fuerant.

12. Et congregati cum senioribus consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus,

13. dicentes: Dicite quia discipuli ejus nocte venerunt, & furati sunt eum, nobis dormientibus:

14. Et si hoc auditum fuerit à præside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus.

15. At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti. Et divulgatum est verbum istud apud Judæos, usque in hodiernum diem.

† Fer. 6. post Pasch. h cum multis aliis.

IV. 16. † Undecim autem discipuli h abierunt in Galilæam in montem, ubi constituerat illis Jesus.

17. Et videntes eum adoraverunt: quidam autem dubitaverunt.

† In Festo SS. Trin. l Marc. 16. 15.

18. Et accedens Jesus locutus est eis, dicens: † Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra.

19. l Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti:

20. docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis: & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi. *

Gehet hin u. verkůndigets meinen Brůdern daß sie hingehen in Galilåam/daselbst werdē sie mich sehen.

42. Und das Mägdlein ſtund alsbald auf / und wandlete: es war aber zwölff Jahr alt: und ſie entſetzten ſich mit groſſem Schröcken.

43. Und er verbott ihnen ernſtlich / daß es niemand wiſſen ſolte: und ſagte / man ſolte ihr zu eſſen geben.

Das VI. Capitel.

I. JEſu Lehr wird von den Innwohnern zu Nazareth verachtet / 1.
II. Er ſendet ſeine Apoſtel auß zu predigen / und Krancke zu heylen / 7.
III. Herodes laßt Johannem den Tauffer enthaubten / 14.
IV. JEſus ſpeyſet in der Wüſten fünff tauſend Mann / 30.
V. Geht auf dem Meer / und legt den Wind / 45.
VI. Heylet vil Krancke durch Anrührung deß Saums ſeines Kleyds / 53.

1. UNd er gieng von dannen hinauß / und kam in ſein Vatterland: und ſeine Jünger folgten ihm nach:

2. Und da der Sabbat kam / fieng er an in der Synagog zu lehren: und vil / die ihn höreten / verwunderten ſich über ſeine Lehr / und ſprachen: woher kommt diſem diß alles? und was iſt für eine Weißheit / die ihm gegeben iſt / und daß ſolche

34. Ille autem dixit ei: *i* Filia, fides tua te ſalvam fecit: vade in pace *k* & eſto ſana à plaga tua.

i Luc. 7. 50. & 8. 48.
k i. quieto animo.

III. 35. Adhuc eo loquente, veniunt ab archiſynagogo *l*, dicentes: Quia filia tua mortua eſt: quid ultrà vexas Magiſtrum?

l id eſt, à domo archiſynagogi.

36. Jeſus autem audito verbo, quod dicebatur, ait archiſynagogo: Noli timere: tantummodò crede.

37. Et non admiſit quemquam ſe ſequi, niſi Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem Jacobi.

38. Et veniunt in domum archiſynagogi, & videt tumultum, & flentes, & ejulantes multùm.

39. Et ingreſſus, ait illis: Quid turbamini, & ploratis? puella non eſt mortua, ſed dormit.

40. Et irridebant eum. Ipſe verò ejectis omnibus aſſumit patrem, & matrem puellæ, & qui ſecum erant, & ingreditur ubi puella erat jacens.

41. Et tenens manum puellæ, ait illi: Talitha cumi, quod eſt interpretatum: Puella (tibi dico) ſurge.

42. Et confeſtim ſurrexit puella, & ambulabat: erat autem annorum duodecim: & obſtupuerunt ſtupore magno.

43. Et præcepit illis vehementer ut nemo ſciret: & dixit *m* dari illi manducare.

m i. juſſit.

Caput VI.

I. Chriſti doctrina in ipſius patria contemnitur, ubi pauca edidit miracula: 1.
II. Apoſtolos mittens ad prædicandum inſtruit: 7.
III. Herodes, auditâ Chriſti famâ, dicit Joannem Baptiſtam reſurrexiſſe; cujus caput poſtulanti ſaltatrici tradiderat: 14.
IV. In deſerto quinque panibus quinque millia virorum ſatiat: 30.
V. Super mare ambulans tempeſtatem ſedat: 45.
VI. In terra Geneſareth plurimos tactu fimbriæ veſtimenti ſanat. 53.

1. ET egreſſus *a* inde *b*, abiit in patriam ſuam *c*: & ſequebantur eum diſcipuli ſui:

a Matth. 13. 54. Luc. 4. 16.
b ex Capharnaum.
c i. Nazareth.

2. & facto ſabbatho cœpit in ſynagoga docere: & multi audientes admirabantur in doctrina ejus, dicentes: Unde huic hæc omnia? & quæ eſt ſapientia, quæ data eſt illi: & virtu-

tes tales, quæ per manus ejus efficiuntur?

d Ioan. 6. 42.

3. *d* Nónne hic est faber, filius Mariæ, frater Jacobi, & Joseph, & Judæ, & Simonis? nónne & sorores ejus hîc nobiscum sunt? Et scandalizabantur in illo.

e Matt. 13. 57. Luc. 4. 24. Ioann. 4. 44.

4. Et dicebat illis Jesus: *e* quia non est propheta sine honore nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua.

f propter illorum incredulitatem, ut sequitur v. 6.

5. Et non poterat *f* ibi virtutem ullam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curavit:

6. & mirabatur propter incredulitatem eorum, & circuibat castella in circuitu docens.

g Matth. 10. 1. Sup. 3. 15. Luc. 9. 1.

II. 7. *g* Et vocavit duodecim: & cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatem spirituum immundorum. *h*

h i. contra spiritus immundos.

8. Et præcepit eis ne quid tollerent in via, nisi virgam *l* tantùm, non peram, non panem, neque in zona æs,

l i. baculum viatorium.

m Act. 12. 8.

9. *m* sed calceatos sandaliis, & ne induerentur duabus *n* tunicis.

n sc. mutatoriis.

10. Et dicebat eis: Quocumque introieritis in domum: illic manete donec exeatis inde:

o Matth. 10. 14. Luc. 9. 5. Act. 13. 51. & 18. 6.

11. & quicumque non receperint vos, nec audierint vos, *o* exeuntes inde, excutite pulverem de pedibus vestris in testimonium illis.

12. Et exeuntes prædicabant ut pœnitentiam agerent:

p Iac. 5. 14.

13. & dæmonia multa ejiciebant, *p* & ungebant oleo multos ægros, & sanabant.

q Matth. 14. 2. Luc. 9. 7.

III. 14. *q* Et audivit Rex Herodes (manifestum enim factum est nomen ejus) & dicebat: Quia Joannes Baptista resurrexit à mortuis: & propterea virtutes operantur in illo.

15. Alii autem dicebant: Quia Elias est. Alii verò dicebant: quia propheta est, quasi unus ex prophetis.

16. Quo audito Herodes ait: quem ego decollavi Joannem, hic à mortuis resurrexit.

r Luc. 3. 19.
† IN DECOLL. S. JOANN. BAPT.

17. *r* Ipse enim † Herodes misit, ac tenuit Joannem, & vinxit eum in carcere propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui, quia duxerat eam.

Wunder durch seine Händ außgerichtet werden.

3. Ist diser nit ein Zimmermann / der Sohn Mariä/ ein Bruder Jacobi/ und Joseph/und Judä und Simonis? Seynd auch seine Schwesteren nit allhie bey uns? Und sie ärgerten sich an ihm.

4. Und JEsus sprach zu ihnen: Ein Prophet ist nirgends weniger geehrt/ dan in seinem Vatterland/ und in seinem Hauß/ und in seiner Verwandtschafft.

5. Und er kundte daselbst nit ein einiges Wunderwerck thun/ als daß er auf etlich wenige Krancke die Händ legte/ und machte sie gesund:

6. Und er verwunderte sich wegen ihres Unglaubens/ und er zohe durch die Flecken rings herum/ und lehrete.

II. 7. Und er berieff die Zwölff: und fieng an sie außzusenden/ je zween/ und zween/ und er gab ihnen Gewalt über die unreine Geister.

8. Und er befahl ihnen daß sie nichts auf den Weeg nehmen solten/ als allein einen Stab/ keine Taschen/ kein Brod/ auch kein Geld in der Gürtel/

9. Sondern daß sie geschuhet seyn solten mit Solen/ und solten nit zween Röck anziehen.

10. Und er sprach zu ihnen: Wo ihr in ein Hauß eingehen werdet/ daselbst bleibet/ biß ihr von dannen hinweg ziehet:

11. Welche euch aber nit aufnehmen / noch hören werden/ da gehet von dannen hinauß / und schlaget *a* den Staub von euren Füssen/ ihnen zum Zeugnuß.

12. Und sie giengen hinauß/ und predigten / daß die Leuth Buß thun solten:

13. Und sie triben vil Teuffel auß / und salbeten vil Krancke mit Oel/ und machten sie gesund.

III. 14. Und der König Herodes hörete diß (dan sein Nam war kundbar worden) und sprach: Johannes der Tauffer ist widerum auferstanden von den Todten: und darum würcken durch ihn die kräfftige Wunderthaten.

15. Und etliche sprachen: Er ist Elias. Andere aber sprachen: Er ist ein Prophet/ wie einer aus den Propheten.

16. Als diß Herodes hörete/ sprach er: Johannes/ den ich enthauptet hab/ ist von den Todten widerum aufgestanden.

17. Dan er/ Herodes selbst/ hatte außgesandt/ und hatte Johannem angreiffen/ und ins Gefängnuß legen lassen / um der Herodiadis willen / deß Weibs seines Bruders Philippi / dan er hatte sie zum Weib genommen.

a schüttelt.

18. Dan Johannes sprach zu Herode: Es gezimt dir nit daß du deines Bruders Weib habest.

19. Herodias aber stellete ihm nach / und wolte ihn tödten/ aber sie konte nit.

20. Dan Herodes förchtete Johannem/ weil er wuste/daß er ein gerechter und heiliger Mann war/ und er hielte ihn in guter Hut/und thäte vil / nachdem er ihn gehöret hatte/und er hörete ihn gern.

21. Als nun ein gelegener Tag kommen war/ gab Herodes seinen Fürsten / und Haubtleuthen / und den Fürnehmsten in Galiläa / an seinem Geburtstag ein Abendmal.

22. Da tratt der Herodiadis Tochter hinein / und tantzte / und es gefiel Herodi wol / samt denen/ die mit zu Tisch sassen / und der König sprach zu dem Mägdlein : Bitte von mir / was du wilst / und ich wil dirs geben:

23. Er schwur ihr auch einen Eyd: Was du auch bitten wirst/ das wil ich dir geben / wans schon die Helfft meines Königreichs wäre.

24. Da gieng sie hinauß / und sprach zu ihrer Mutter : Was sol ich bitten ? Sie aber sprach: Das Haubt Joannis deß Tauffers.

25. Und sie gieng alsbald in der Eil zum König hinein/ bat ihn/ und sprach: Ich wil / daß du mir zur Stundt das Haubt Johannis deß Tauffers in einer Schüssel gebest.

26. Und der König ward traurig: jedoch von wegen deß Eyds/ und der jenigen/ die mit zu Tisch sassen/ wolte er sie nit betrüben:

27. Sondern schickte den Hencker/ und befahl sein Haubt in einer Schüssel herzubringen. Der enthaubtete ihn im Kercker/

28. Und brachte sein Haubt in einer Schüssel / und gab es dem Mägdlein/ und das Mägdlein gab es seiner Mutter.

29. Da das seine Jünger höreten / kamen sie / und nahmen seinen Leib hinweg/ und legten ihn in ein Grab.

IV. 30. Und die Apostel kamen zu JEsu zusammen/ und verkündigten ihm alles/ was sie gethan und gelehret hatten.

31. Und er sprach zu ihnen : Kommet her beyseits in eine Wüste/ und ruhet ein wenig Dan ihrer waren vil welche ankamen und widerum außgiengen: und sie hatten auch nit Zeit genug zu essen.

32. Und sie tratten in ein Schiff / und fuhren beyseits in eine Wüsten.

33. Und das Volck sahe sie hinweg fahren/ und vil erfuhren es: und lieffen zu Fuß dahin zusammen auß allen Städten / und kamen ihnen vor.

18. Dicebat enim Joannes Herodi : *s* Non licet tibi habere uxorem fratris tui. *s Lev.* 18. 16.

19. Herodias autem insidiabatur illi: & volebat occidere eum , nec poterat.

20. Herodes enim metuebat Joannem, sciens eum virum justum & sanctum : & custodiebat eum , & audito eo multa faciebat , & libenter eum audiebat.

21. Et cùm dies opportunus *t* accidisset , Herodes natalis sui cœnam fecit principibus , & tribunis , & primis Galilææ. *t sc. Herodiadis proposito vel convivio.*

22. Cúmque introîsset filia ipsius Herodiadis , & saltasset , & placuisset Herodi , simúlque recumbentibus ; rex aït puellæ : Pete à me quod vis , & dabo tibi :

23. & juravit illi : Quia quidquid petieris dabo tibi , licèt dimidium regni mei.

24. Quæ cum exisset, dixit matri suæ : Quid petam ? At illa dixit : Caput Joannis Baptistæ.

25. Cúmque introîsset statim cum festinatione ad regem , petivit dicens : Volo ut protinus des mihi in disco caput Joannis Baptistæ.

26. Et contristatus est rex propter jusjurandum, & propter simul discumbentes noluit eam contristare :

27. sed misso spiculatore præcepit afferri caput ejus in disco. Et decollavit eum in carcere ,

28. & attulit caput ejus in disco : & dedit illud puellæ , & puella dedit matri suæ.

29. *u* Quo audito , discipuli ejus venerunt , & tulerunt corpus ejus : & posuerunt illud in monumento.* *u Matt.* 14. 12.

IV. 30. *x* Et convenientes Apostoli ad Jesum , renuntiaverunt ei omnia , quæ egerant , & docuerant. *x Luc.* 9. 10.

31. Et ait illis : *y* venite seorsum in desertum locum & requiescite pusillum *z* : Erant enim qui veniebant & redibant multi : & nec spatium manducandi habebant. *y Matt.* 14. 13. *Joan.* 6. 1. *Luc.* 9. 10. *z* i. parumper.

32. Et ascendentes in navim , abierunt in desertum locum seorsum.

33. Et viderunt eos abeuntes, & cognoverunt multi : & pedestres de omnibus civitatib⁹ concurrerunt illuc , & prævenerunt eos.

a Matth. 9. 36. & 14. 14.

34. *a* Et exiens vidit turbam multam Jesus: & misertus est super eos quia erant sicut oves non habentes pastorem, & cœpit illos docere multa.

b i. sera.

35. Et cum jam hora multa *b* fieret, accesserunt discipuli ejus, dicentes: Desertus est locus hic, & jam hora præteriit:

c Luc. 9, 12.

36. *c* dimitte illos, ut euntes in proximas villas, & vicos, emant sibi cibos, quos manducent.

37. Et respondens ait illis: Date illis vos manducare. Et dixerunt ei: Euntes emamus ducentis denariis panes *d*, & dabimus illis manducare.

d i. cibos.

38. Et dicit eis: Quot panes habetis? ite, & videte. Et cùm cognovissent, dicunt; Quinque, & duos pisces.

e Joann. 6. 10.

39. *e* Et præcepit illis ut accumbere facerent omnes secundùm contubernia *f* super viride fœnum *g*.

f i. ordines separatos.
g i. herbam
h sc. distinctas.

40. Et discubuerunt in partes *h* per centenos, & quinquagenos *i*.

i sc. ut possent facilè numerari.

41. Et acceptis quinque panibus, & duobus piscibus, intuens in cælum, benedixit, & fregit panes, & dedit discipulis suis, ut ponerent ante eos: & duos pisces divisit omnibus.

42. Et manducaverunt omnes, & saturati sunt.

43. Et sustulerunt reliquias, fragmentorū duodecim cophinos plenos, & de piscib⁹.

44. Erant autem qui manducaverunt quinque millia virorum.

V. 45. Et statim coegit discipulos suos ascendere navim, ut præcederent eum trans fretum ad Bethsaidam dum ipse dimitteret populum.

46. Et cùm dimisisset eos, abiit in montem orare.

† Sabb. post. Ciner.

47. Et † cùm serò esset, erat navis in medio mari, & ipse solus in terra.

k Matth. 14. 24.

48. *k* Et videns eos laborantes in remigando (erat enim ventus contrarius eis) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare, & volebat præterire eos.

49. At illi ut viderunt eum ambulantem supra mare, putaverunt phantasma esse, & exclamaverunt.

50. Omnes enim viderunt eum,

34. Und als JEsus herauß gieng / sahe er ein groß Volck: und er erbarmete sich über sie / dan sie waren wie Schaaf / die keinen Hirten haben / und er fieng an sie vil Ding zu lehren.

35. Als nun vil Stund verlauffen waren / da traten seine Jünger hinzu / und sprachen: Diß ist ein Wüste / so ist auch die Zeit schon verlauffen:

36. Laß sie von dir / daß sie hingehen zu den nächsten Dörffern und Flecken / und Brod für sich kauffen / daß sie essen.

37. Und er antwortete / und sprach zu ihnen: Gebet ihr ihnen zu essen. Und sie sprachen zu ihm: Laß uns dan hingehen / und Brod kauffen für zwey hundert Pfeñing / so wollen wir ihnen zu essen geben.

38. Und er sprach zu ihnen: Wie vil Brod habt ihr? Gehet hin / und sehet darnach. Und da sie es erkundiget hatten / sprachen sie: Fünff / und zween Fisch.

39. Und er befahl ihnen zu verschaffen / daß sie sich alle nach der Ordnung niderseßten auf das grüne Graß.

40. Und sie seßten sich nider in getheilte Hauffen / je hundert und hundert / fünffßig und fünffßig.

41. Und er nahm die zwölff Brod und die zween Fisch / sahe hinauf gen Himmel und seegnets / und brach die Brod / und gab sie seinen Jüngern / daß sie dieselbige ihnen vorlegten / auch theilete er die zween Fisch unter sich alle.

42. Und sie assen alle / und wurden satt.

43. Und sie huben von den übrigen Stücklein auf / und von den Fischen / zwölff Körb voll.

44. Es waren aber / die da gessen hatten / fünff tausend Mann.

V. 45. Und alsbald nöthigte er seine Jünger / daß sie zu Schiff giengen / und vor ihm her gen Bethsaida hinüber fuhren / biß daß er das Volck von sich liesse.

46. Und als er sie von sich gelassen hatte / gieng er auf einen Berg zu betten.

47. Da es nun Abend worden / war das Schiff mitten auf dem Meer / und er war auf dem Land allein.

48. Und er sahe / daß sie grosse Mühe hatten im rudern / (dan der Wind war ihnen zu wider) und um die vierdte Wacht der Nacht kam er zu ihnen / und wandelte auf dem Meer: und er wolte vor ihnen vorüber gehen.

49. Als sie ihn aber auf dem Meer wandlen sahen / vermeynten sie / es wäre ein Gespenst / und rieffen laut.

50. Dan sie sahen ihn alle / und wurden erschrocken.

cken. Und er redete zur Stund mit ihnen/ und sprach zu ihnen: Seyd getröst: Ich bins/ förchtet euch nit.

51. Und er tratt zu ihnen ins Schiff/ und der Wind legte sich. Und sie entsetzten sich noch mehr bey ihnen selbst:

52. Dan sie hatten es nit verstanden von den Broden: dieweil ihr Hertz verblendet war.

VI. 53. Und da sie hinüber gefahren/ kamen sie in die Landschafft Genesareth und lendeten an.

54. Als sie nun aus dem Schiff tratten/ erkannten sie ihn alsbald:

55. Und sie lieffen durch dieselbig gantze Landschafft/ und fiengen an die Krancke auf den Bethen herum zu tragen/ wo sie höreten/ daß er war.

56. Und wo er in die Flecken/ oder in die Dörffer/ oder Städt hinein gieng/ da legten sie die Krancke auf die Gassen/ und baten ihn/ daß sie nur den Saum seines Kleyds anrühren möchten/ und alle/ die ihn anrühreten/ wurden gesund.

& conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis, & dixit eis: confidite, ego sum, nolite timere.

51. Et ascendit ad illos in navim, & cessavit ventus. Et plùs magis intra se stupebant:

52. non enim intellexerunt de panibus *l*: erat enim cor eorum obcæcatum.

VI. 53. *m* Et cùm transfretassent, venerunt in terram Genesareth, & applicuerunt.

54. Cùmque egressi essent de navi, continuò cognoverunt eum:

55. & percurrentes universam regionem illam, cœperunt in grabatis eos, qui se male habebant, circumferre, ubi audiebant eum esse.

56. Et quocumque introibat, in vicos, vel in villas, aut civitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, ut vel fimbriam vestimenti ejus tangerent, & quotquot tangebant eum, salvi fiebant.

l sc. potentiam Christi in panum multiplicatione non adverterunt vel non meminerunt.

m Matth. 14. 34.

Das VII. Capitel.

I. Die Pharisäer tadlen die Jünger Christi/ daß sie mit ungewaschenen Händen essen; Christus aber strafft die Pharisäer wegen ihrer Heuchlerey und verkehrten Satzungen/ 1.

II. Lehret/ was den Menschen verunreinige/ 14.

III. Erlediget der Syrophönißin Tochter vom bösen Geist/ 24.

IV. Heylet einen Tauben und Stummen/ 31.

1. Und es versamleten sich zu ihm die Pharisäer und etliche von den Schrifftgelehrten/ so von Jerusalem kamen.

2. Und da sie sahen/ daß etliche von seinen Jüngern mit gemeinen/ das ist/ ungewascheuen Händen das Brod assen/ strafften sie dasselbige.

3. Dan die Pharisäer/ und alle Juden essen nit/ sie haben dan die Händ zum öfftern gewaschen/ halten also die Satzung der Eltesten:

4. Und wan sie vom Marckt kommen/ so essen sie nit/ sie haben sich dan zuvor gewaschen: und seynd vil andere Ding welche ihnen zu halten verordnet seynd: nemlich/ das waschen der Trinckgeschirren u. der Krügen u. der ehrinen Gefässen/ u. der Bethlade.

5. Und die Pharisäer und Schrifftgelehrte fragten ihn: Warum wandlen deine Jünger nit nach der Satzung der Eltesten/ sondern essen das Brod mit gemeinen Händen?

6. Er aber antwortete/ und sprach zu ihnen: Wohl hat Isaias von euch Heuchlern geweissaget/ wie geschriben stehet: Diß Volck ehret mich

Caput VII.

I. Pharisæos redarguit arguentes discipulos, quòd non lotis ederent manibus, cum ipsi Dei mandata ob suas traditiones transgrederentur; 1.

II. Declarat, quænam hominem coinquinent, nempe quæ de corde exeunt; 14.

III. Syrophœnissæ filiam à dæmonio liberat; 24.

IV. Surdum ac mutum sanat. 31.

1. Et conveniunt ad eum Pharisæi, & quidam de Scribis, venientes ab Jerosolymis.

2. *a* Et cùm vidissent quosdam ex discipulis ejus comunibus manibus, id est non lotis, manducare panes, vituperaverunt.

3. Pharisæi enim, & omnes Judæi, nisi crebrò laverint manus, non manducant, tenentes traditionem seniorum:

4. & à foro *b* nisi baptizentur *c*, non comedunt: & alia multa sunt, quæ tradita sunt illis servare, baptismata *d* calicum, & urceorum, & æramentorum, & lectorum *e*:

5. & interrogabant eum Pharisæi, & Scribæ: Quare discipuli tui non ambulant juxta traditionem seniorum, sed communibus manibus manducant panem?

6. At ille respondens dixit eis: Benè prophetavit Isaias de vobis hypocritis, sicut scriptum est: *f* Populus hic labiis me hono-

a Math. 15. 1

b sc. rerum venalium.

c i. abluantur.

d i. ablutiones.

e tabularum lecti.

f Isaiæ 29. 13

honorat, cor autem eorum longè est à me.

g i. frustra, seu vano cultu. 7. In vanum *g* autem me colunt, docentes doctrinas, & præcepta hominum.

8. Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditionem hominum, baptismata urceorum, & calicum: & alia similia his facitis multa.

9. Et dicebat illis: Benè irritum facitis præceptum Dei, ut traditionem vestram servetis.

h Exod. 20. 12. Deut. 5. 16. Ephes. 6. 2. 10. Moyses enim dixit: *h* Honora patrem tuum, & matrem tuam. Et: *l* Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur.

l Exod. 21. 17. Lev. 20. 9. Prov. 20. 20 11. Vos autem dicitis: Si dixerit homo patri, aut matri, Corban, (quod est donum) quodcumque ex me *m*, tibi profuerit:

m sc. Deo offertur. 12. & ultra non dimittitis eum quidquam facere patri suo, aut matri,

13. rescindentes verbum Dei per traditionem vestram, quam tradidistis: & similia hujusmodi multa facitis.

n Matth. 15. 10. II. 14. *n* Et advocans iterum turbam, dicebat illis: Audite me omnes, & intelligite.

15. Nihil est extra hominem introiens in eum, quod possit eum coinquinare, sed quæ de homine *o* procedunt, illa sunt, quæ communicant hominem *p*.

o i. e. corde voluntate, & anima. p seu animam hominis communem & immundam faciunt.

16. Si quis habet aures audiendi, audiat.

17. Et cùm introisset in domum à turba, interrogabant eum discipuli ejus parabolam.

18. Et ait illis: Sic & vos imprudentes estis? Non intelligitis quia omne extrinsecus introiens in hominem, non potest eum communicare:

q i. voluntatem. 19. quia non intrat in cor *q* ejus, sed in ventrem vadit, & in secessum exit, purgans omnes escas?

20. Dicebat autem, quoniam quæ de homine *r* exeunt, illa communicant hominem.

r i. hominis corde.

s Gen. 6. 5. 21. *s* Abintus enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia,

t Syr. injuria. u invidus. x Græce immodestia. 22. furta, avaritiæ, nequitiæ *t*, dolus, impudicitiæ, oculus malus *u*, blasphemia, superbia, stultitia *x*.

23. Omnia hæc mala abintus procedunt, & communicant hominem.

mit den Leffzen / aber ihr Hertz ist weit von mir.

7. Sie dienen mir aber vergeblich / dieweil sie Menschen-Lehr und Gebott lehren.

8 Dan ihr verlasset das Gebott GOttes / und haltet der Menschen Satzung / nemlich das waschen der Krügen und der Trinckgeschirren / und thut dergleichen vil andere Ding.

9. Und er sprach zu ihnen: Warlich / ihr vernichtet das Gebott GOttes / auf daß ihr eure Satzung haltet.

10. Dan Moyses hat gesagt: du solt deinen Vatter / und deine Mutter ehren. Und: wer dem Vatter / oder der Mutter flucher / der soll deß Todts sterben.

11. Ihr aber saget: wan ein Mensch zum Vatter / oder zu der Mutter spricht: Corban (das ist eine Gab) so von mir herkommt / das wird dir auch nutzen.

12. Und über das lasset ihr ihn seinem Vatter / oder seiner Mutter nichts mehr thun /

13 Und hebet also das Wort GOttes auf / durch eure Satzung / die ihr aufgerichtet habt: und thut dergleichen Ding vil mehr.

II. 14 Und er rieff das Volck abermahl zu sich / und sprach zu ihnen: Höret mir alle zu / und verstehets wohl.

15. Es ist nichts ausser dem Menschen / das ihn verunreinigen könne wan es in ihn gehet / sondern die Ding / welche vom Menschen ausgehen / dieselbige seynds / so den Menschen gemein *a* machen.

16. Hat jemand Ohren zu hören / der höre.

17. Und da er vom Volck ins Hauß eingangen war / fragten ihn seine Jünger um dise Gleichnuß.

18. Und er sprach zu ihnen: Seyd ihr dan auch so unverständig? Verstehet ihr nit / daß alles / so von aussen in Menschen eingehet / ihn nit kan gemein machen:

19. Dan es gehet nit in sein Hertz / sondern es kommt in den Bauch / und gehet durch den natürlichen Gang hinaus / der alle Speiß ausfeget. **b**

20. Und er sprach ferner: Aber die Ding welche vom Menschen heraus gehen / dieselbige machen den Menschen gemein.

21. Dan von innen / aus dem Hertzen der Menschen / gehen hervor böse Gedancken / Ehebruch / Hurerey / Todtschläg /

22. Diebstäl / Geitz / Schalckheit / Betrug / Unzucht / ein neidisch Aug / Lästerung / Hoffart / Thorheit.

23. Alle dise böse Stuck gehen von innen hervor und machen den Menschen gemein.

a unrein. **b reiniget.**

III. 24. Und er machte sich auf / und gieng von dannen in die Gräntzen Tyri und Sidon: und er gieng in ein Hauß und wolte/ daß es niemand solt erfahren aber er kunte nit verborgen seyn.

25. Dan es war ein Weib / deren Tochter einen unreinen Geist bey sich hatte so bald dise von ihm hörete/gieng sie hinein u. fiel nider zu seinen Füssen:

26. Es war aber ein Heydnisch Weib / auß Syrophänicia gebürtig. Und sie bat ihn / daß er den Teuffel von ihrer Tochter außtreiben wolte.

27. Und er sprach zu ihr: Laß zuvor die Kinder satt werden: dan es ist nit gut/daß man das Brod der Kinder neme / und werffe es vor die Hund.

28. Sie aber antwortete / und sprach zu ihm: Ja HErr/ dan die Hündlein essen auch unter dem Tisch von den Brosamen der Kinder.

29. Und er sprach zu ihr umb diser Red willen/gehe hin/ der Teuffel ist von deiner Tochter außgefahren.

30. Und als sie hingieng in ihr Hauß / befand sie daß auf dem Beth das Mägdlein lage / und daß der Teuffel außgefahren war.

IV. 31. Und als er abermal auß den Gräntzen Tyri gieng / kam er durch Sidon an das Galiläische Meer / mitten in die Gräntz der zehen Städten.

32. Und sie führeten einen zu ihm / der taub und stumm war / und baten ihn / daß er die Hand auf ihn legte.

33. Und er nam ihn von dem Volck beyseits/und legte ihm seine Finger in seine Ohren: und er spye auß und rührte seine Zungen an:

34. Und sahe auf gen Himmel / seufftzete / und sprach zu ihm: Ephphetha / das ist / thue dich auf.

35. Und alsbald wurden seine Ohren aufgethan / und das Band seiner Zungen ward loß/ und er redete recht.

36. Und er verbott ihnen/ sie soltens niemand sagen. Aber je mehr ers ihnen verbott / je mehr sie es außbreiteten:

37. Und je mehr verwunderten sie sich darüber / u. sprachen: er hat alle Ding wohl gethan: die Taube hat er hörend gemacht/ und die Sprachlose redend.

Das VIII. Capitel.

I. JEsus speiset vier tausend Menschen mit siben Brod/ 1.
II. Will den Pharisäern kein Zeichen geben / 11.
III. Warnet seine Jünger vor dem Sauerteig der Pharisäer / 14.
IV. Macht einen Blinden sehend / 22.
V. Fraget seine Jünger / wer deß Menschen Sohn sey/weissaget von seinem Leyden / und strafet Petrum / der ihn davon will abhalten / 27.
VI. Prediget von Verlaugnung seiner selbsten / und Aufnemmung deß Creutzes/ 34.

III 24. *y* Et inde surgens abiit in fines Tyri & Sidonis: & ingressus domum, neminem voluit scire, & non potuit latere.

25. Mulier enim statim ut audivit de eo, cujus filia habebat spiritum immundum, intravit, & procidit ad pedes ejus.

26. Erat enim mulier Gentilis, Syrophœnissa genere. Et rogabat eum ut dæmonium ejiceret de filia ejus.

27. Qui dixit illi: Sine priùs saturari filios: non est enim bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.

28. At illa respondit, & dixit illi: Utique Domine, nam & catelli comedunt sub mensa de micis puerorum.

29. Et ait illi: Propter hunc sermonem vade, exiit dæmonium à filia tua.

30. Et cùm abiisset domum suam, invenit puellam jacentem supra lectum, & dæmonium exiisse.

IV. 31. Et iterùm *z* exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad Mare Galilææ inter medios fines Decapoleos.

32. *a* Et adducunt ei surdum, & mutum, & deprecabantur eum, ut imponat illi manum.

33. Et apprehendens eum de turba seorsùm, misit digitos suos in auriculas ejus: & expuens, tetigit linguam ejus:

34. & suspiciens in cælum, ingemuit *b*, & ait illi: Ephphetha, quod est adaperire *c*.

35. Et statim apertæ sunt aures ejus, & solutum est vinculum linguæ ejus, & loquebatur rectè.

36. Et præcepit illis ne cui dicerent. Quantò autem eis præcipiebat, tantò magis plus prædicabant:

37. & eò ampliùs admirabantur, dicentes: Benè omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui. *

CAPUT VIII.

I. Septem panibus satiat quatuor hominum millia: 1.
II. Negat Pharisæis signum, 11.
III. Discipulos à fermento Pharisæorum cavere jubet: 14.
IV. Cæcum sensim curat: 22.
V. Petrus confitetur ipsum esse Christum: sed paulo post satanas ab eo dicitur, quòd increparet illum, dum suam prædiceret passionem: 27.
VI. Christus exhortatur ad tollendam crucem, & quòd animâ nihil debet esse charius. 34.

y Matth. 15. 21.

z DOM. 11. POST PENT.

a Matth. 9. 32. *Luc.* 11. 14.

b commiseratione humanæ miseriæ.
c sc. quoad aures & linguam.

1. In

† Dom. 6. Post Pent.
a Matth. 15. 32.

1. IN diebus illis iterùm † cum turba multa eſſet, nec haberent quod manducarent: convocatis diſcipulis *a*, ait illis:

2. Miſereor ſuper turbam: quia ecce jam triduo ſuſtinent me, nec habent quod manducent:

3. & ſi dimiſero eos jejunos in domum ſuam, deficient in via: quidam enim ex eis de longè venerunt.

4. Et reſponderunt ei diſcipuli ſui: Unde illos quis poterit hîc ſaturare panibus in ſolitudine?

5. Et interrogavit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem.

6. Et præcepit turbæ diſcumbere ſuper terram. Et accipiens ſeptem panes, gratias agens fregit, & dabat diſcipulis ſuis ut apponerent, & appoſuerunt turbæ *b*.

b panes, qui continuato miraculo, primùm in Chriſti, diſcipulorum, deinde in come- [illegible] manibus multiplicati ſunt.

7. Et habebant piſciculos paucos: & ipſos benedixit, & juſſit apponi.

8. Et manducaverunt, & ſaturati ſunt, & ſuſtulerunt quod ſuperaverat de fragmentis, ſeptem ſportas.

9. Erant autem qui manducaverant, quaſi quatuor millia: & dimiſit eos. *

10. Et ſtatim aſcendens navim cum diſcipulis ſuis, venit in partes Dalmanutha.

c Matth. 16. 1. Luc. 11. 54.

II. 11. *c* Et exierunt Phariſæi, & cœperunt conquirere cum eo, quærentes ab illo ſignum de cœlo, tentantes eum.

12. Et ingemiſcens ſpiritu ait: Quid generatio iſta ſignum quærit? Amen dico vobis, ſi *d* dabitur generationi iſti ſignum.

d i. e. non.

13. Et dimittens eos, aſcendit iterùm navim, & abiit trans fretum.

e Matth. 16. 5.

III. 14. *e* Et obliti ſunt panes ſumere: & niſi unum panem non habebant ſecum in navi.

15. Et præcipiebat eis, dicens: Videte, & cavete à fermento Phariſæorum, & fermento Herodis. *f*

f i. Herodianorũ quibus favebat Herodes.

16. Et cogitabant ad alterutrum dicentes: Quia panes non habemus.

17. Quo cognito, ait illis Jeſus: Quid cogitatis, quia panes non habetis? nondum cognoſcitis nec intelligitis *g*, adhuc cæcatum habetis cor veſtrum?

g ſc. potentiam meam.
h Supr. 6. 41. Joan. 6. 11.

18. oculos habentes non videtis? & aures habentes non auditis? *h* Nec recordamini,

1. IN denſelbigen Tagen als abermal vil Volck beyeinander war/ und nichts zu eſſen hatten/ rieff JEſus ſeine Jünger zuſammen/ und ſprach zu ihnen:

2. Mich erbarmet das Volck: dan ſihe / ſie haben nun drey Tag bey mir verharret / und haben nichts zu eſſen:

3. Und wan ich ſie ungeſpeiſet von mir nach Hauß gehen laſſe/ ſo werden ſie auf dem Weeg erligen *a*: dan etliche unter ihnen ſeynd von fern kommen.

4. Und ſeine Jünger antwortteten Ihm: Woher möchte man ſie mit Brod erſättigen allhie in der Wüſte?

5. Und er fragte ſie: Wie vil Brod habt ihr? Sie ſprachen: ſiben.

6. Und er befahl dem Volck / daß ſie ſich niderſetzten auf die Erden. Und er nam die ſiben Brod/ und danckete/ und brach ſie/ und gab ſie ſeinen Jüngern vorzulegen / und ſie legten ſelbige dem Volck vor.

7. Und ſie hatten ein wenig Fiſchlein: dieſelbige ſeegnete er auch / und befahl ſie vorzulegen.

8. Und ſie aſſen/ und wurden ſat / und ſie huben auf / was von Stücklein übrig bliben war / ſiben Körb voll.

9. Aber deren/ ſo da geſſen hatten / waren bey viertauſend: und er entließ ſie von ſich.

10. Und trat alsbald in ein Schiff mit ſeinen Jüngern / und kam in die Gegend Dalmanutha.

II. 11. Und die Phariſäer giengen herauß/ und fiengen an mit ihm ſich zu befragen: und ſie begehrten ein Zeichen vom Himmel / und verſuchten ihn.

12. Und er ſeufftzete im Geiſt und ſprach: Was ſuchet doch diß Geſchlecht ein Zeichen? Warlich ſag ich euch / es wird diſem Geſchlecht kein Zeichen gegeben werden.

13. Und er verließ ſie/ und trat widerumb in das Schiff/ und fuhr hin über das Meer.

III. 14. Und ſie vergaſſen Brod mit ſich zu nemen: und hatten nit mehr / dan nur ein Brod / bey ſich im Schiff.

15. Und er befahl ihnen / und ſprach: Sehet zu / und hütet euch vor dem Sauerteig der Phariſäer/ und vor dem Sauerteig Herodis.

16. Und ſie gedachten untereinander / und ſprachen: das iſts/ daß wir kein Brod haben.

17. Da ſolches JEſus vernam / ſprach er zu ihnen: was bekümmert ihr euch / daß ihr kein Brod habt: erkennet und verſteht ihrs noch nit? Habt ihr noch ein verblendtes Hertz in euch?

18. Habt ihr Augen/ und ſehet nit? und habt ihr Ohren und höret nit?

a verſchmachten.

19. Seyd ihr auch nit ingedenck / da ich die fünff Brod unter fünff tausend brach / wie vil Körb voll Stücklein habt ihr damals aufgehoben? Sie sprachen zu ihm: Zwölff.

20. Und da ich die siben Brod unter vier tausend brach / wie vil Körb voll Brocken habt ihr aufgehoben? Sie sprachen zu ihm: Siben.

21. Und er sprach zu ihnen: wie verstehet ihr diß dan noch nit?

IV. 22. Und sie kamen gen Bethsaida / da brachten sie einen Blinden zu ihm / und baten ihn / daß er ihn anrührete.

23. Und er nam den Blinden bey der Hand und führte ihn auß dem Flecken: und er spye in seine Augen / und legte seine Händ auf ihn / und fragte ihn / ob er etwas sehe?

24. Und er sahe auf / und sprach: Ich sihe die Menschen daher gehen / wie Bäum.

25. Darnach legte er abermal die Händ auf seine Augen: und er fieng an zu sehen. Und es war widerumb gut mit ihm / also / daß er alles klärlich sahe.

26. Und er schickte ihn heim / und sprach: Gehe hin in dein Hauß: und wan du zum Flecken hinein kommen wirst / so sage es niemand.

V. 27. Und JEsus gieng hinauß / und seine Jünger / in die Flecken der Stadt Cäsarea Philippi: und auf dem Weeg fragete er seine Jünger / und sprach zu ihnen: Wer sagen die Leut / daß ich sey?

28. Sie antworteten ihm / und sprachen: Sie sagen du seyest Johannes der Tauffer / andere sagen / du seyest Elias / andere aber / du seyest etwan einer auß den Propheten.

29. Da sprach er zu ihnen: Wer saget ihr aber / daß ich sey? Petrus antwortete / und sprach zu ihm: du bist Christus.

30. Und er betrohete sie / daß sie solches niemand von ihm sagen solten.

31. Und er fieng an / sie zu berichten / daß deß Menschen Sohn vil müste leyden / und verworffen werden von den Eltesten / und hohen Priestern / und Schrifftgelehrten / und getödtet werden / und nach dreyen Tagen widerumb auferstehen.

32. Und er redete das Wort offentlich. Da nam ihn Petrus zu sich / und fieng an ihn zu straffen.

33. Und er wandte sich umb / und sahe seine Jünger an / und betrohete Petrum / und sprach: Weiche hinter mich / Satan; dan du fassest nit / was GOttes ist / sondern was der Menschen ist.

VI. 34. Und er rieff das Volck zusammen / samt seinen Jüngern / und sprach zu ihnen: So mir jemand will nachfolgen / der verlaugne sich selbst: und neme sein Creutz auf sich / und folge mir nach.

19. quando quinque panes fregi in quinque millia: quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis? Dicunt ei: Duodecim.

20. Quando & septem panes in quatuor millia: quot sportas fragmentorum tulistis? Et dicunt ei: Septem.

21. Et dicebat eis: Quomodò nondum intelligitis?

IV. 22. Et veniunt Bethsaidam, & adducunt ei cæcum *l*, & rogabant eum ut illum tangeret.

l non à nativitate Sà.

23. Et apprehensa manu cæci, eduxit eum extra vicum *m*: & expuens in oculos ejus, impositis manibus suis, interrogavit eum si quid videret.

m suburbia & fines Bethsaidæ.

24. Et aspiciens ait: Video *n* homines velut arbores ambulantes.

n confusè nondum clarè.

25. Deinde iterùm imposuit manus super oculos ejus: & cœpit videre, & restitutus est ita ut clarè videret omnia.

26. Et misit illum in domum suam, dicens: Vade in domum tuam: & si in vicum introieris, nemini dixeris.

V. 27. *o* Et egressus est Jesus, & discipuli ejus in castella Cæsareæ Philippi: & in via interrogabat discipulos suos, dicens eis: Quem me dicunt esse homines?

o Matth. 16. 13. Luc. 9. 18.

28. Qui responderunt illi, dicentes: Joannem Baptistam, alii Eliam, alii verò quasi unum de prophetis.

29. Tunc dicit illis: Vos verò quem me esse dicitis? Respondens Petrus, ait ei: Tu es Christus.

30. Et comminatus est eis, ne cui dicerent de illo.

31. Et cœpit docere eos, quoniam oportet filium hominis pati multa, & reprobari à senioribus, & à summis sacerdotibus, & Scribis, & occidi: & post tres dies resurgere.

32. Et palam verbum loquebatur. Et apprehendens eum Petrus cœpit increpare eum.

33. Qui conversus, & videns discipulos suos, comminatus est Petro, dicens: Vade retrò me satana, quoniam non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum.

VI. 34. Et convocata turba cum discipulis suis, dixit eis: *p* Si quis vult me sequi, deneget semetipsum: & tollat crucem suam, & sequatur me.

p Matth. 10. 38. & 16. 24. Luc. 9. 23. & 14. 27.

q Luc. 17. 33. *Joan.* 12. 25.

35. *q* Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me, & Evangelium, salvam faciet eam.

36. Quid enim proderit homini, si lucretur mundum totum: & detrimentum animæ suæ faciat?

r sc. perdita, recuperanda.

37. Aut quid dabit homo commutationis pro anima sua *r*?

s Matth. 10. 33. *Luc.* 9. 26. & 12. 9.

38. *s* Qui enim me confusus fuerit, & verba mea in generatione ista adultera & peccatrice: & filius hominis confundetur eum, cùm venerit in gloria Patris sui cum angelis sanctis.

t Matth. 16. 28. *Luc.* 9. 27.

u gloriam sui regni in transfiguratione.

39. Et dicebat illis: *t* Amen dico vobis, quia sunt quidam de hîc stantibus, qui non gustabunt mortem donec videant regnum Dei *u* veniens in virtute.

CAPUT IX.

I. Transfigurato Jesu junguntur Moyses & Elias: 1.
II. Dicit Eliam omnia restituturum; imò jam venisse, 10.
III. Surdum ac mutum spiritum ejicit: 14.
IV. Suam passionem prædicit: 30.
V. Disputantes discipulos docet, quis eorum sit major: de ejiciente dæmonium qui non sequebatur Jesum: 33.
VI. De amputando scandalo. 41.

a Matth. 17. 1. *Luc.* 9. 28.

1. ET post dies sex *a* assumit Jesus Petrum, & Jacobum, & Joannem: & ducit illos in montem excelsum seorsum solos, & transfiguratus est coram ipsis.

2. Et vestimenta ejus facta sunt splendentia, & candida nimis velut nix, qualia fullo non potest super terram candida facere.

3. Et apparuit illis Elias cum Moyse: & erant loquentes cum Jesu.

4. Et respondens Petrus, ait Jesu: Rabbi, bonum est nos hîc esse: & faciamus tria tabernacula, Tibi unum, & Moysi unum, & Eliæ unum.

5. Non enim sciebat quid diceret: erant enim timore exterriti:

6. & facta est nubes obumbrans eos: & venit vox de nube, dicens: Hic est filius meus charissimus: audite illum.

7. Et statim circumspicientes, neminem amplius viderunt, nisi Jesum tantùm secū.

b Matth. 17. 9.

8. *b* Et descendentibus illis de monte, præcepit illis ne cuiquam quæ vidissent,

35. Dan wer seine Seel erhalten will/ der wird sie verliehren: wer aber seine Seel verliehrt umb meinetwillen/ und umb deß Evangelij willen/ der wird sie erhalten.

36. Dan was wirds dem Menschen nutzen/ wan er die gantze Welt gewünne/ und Schaden lyde an seiner Seel?

37. Oder was kan der Mensch zur Lösung geben für seine Seel?

38. Dan wer sich meiner/ und meiner Wort schämen wird/ unter disem ehebrecherischen/ und sündigen Geschlecht: dessen wird sich der Sohn deß Menschen auch schämen/ wan er in der Herrligkeit seines Vatters mit den Heil. Englen kommen wird.

39. Und er sprach zu ihnen: warlich sag ich euch: es seynd etliche unter denen/ die hie stehen/ welche den Todt nit schmecken werden/ biß sie das Reich GOttes in der Krafft kommen sehen.

Das IX. Capitel.

I. JEsus verkläret sich vor seinen Jüngern/ 1.
II. Sagt/ daß Elias kommen werde/ theils schon kommen sey/ 10.
III. Macht einen Tauben und Stummen besessenen gesund/ 14.
IV. Weissaget von seinem Leyden/ 30.
V. Straffet der Jünger Ehrgeitz/ und lehrt demüthig zu seyn/ 33.
VI. Lehret/ was für ein grosses Ubel die Aergernuß sey/ und mit dem höllischen Feuer gestrafft werde/ 41.

1. UND nach sechs Tagen nam JEsus zu sich Petrum und Jacobum und Johannem/ und führte sie auf einen hohen Berg besonders allein/ und er war vor ihnen erkläret.

2. Und seine Kleyder wurden gläntzend/ und sehr weiß/ wie der Schnee: daß sie kein Walcker auf Erden so weiß machen könnte.

3. Und es erschine ihnen Elias/ mit Moyse: und redeten mit JEsu.

4. Und Petrus antwortete und sprach zu JEsu: Rabbi/ es ist gut/ daß wir hie seyn: laß uns drey Tabernackel machen/ dir einen/ und Moysi einen/ und Elia einen.

5. Dan er wußte nit/ was er redete: dieweil sie von Forcht erschrocken waren.

6. Und es kam eine Wolck/ und überschattete sie: und auß der Wolcken kam eine Stim/ und sprach: Diß ist mein liebster Sohn: den sollet ihr hören.

7. Und alsbald/ da sie herumb schaueten/ sahen sie niemand mehr/ als JEsum allein bey ihnen.

8. Als sie nun vom Berg herab giengen/ befahl er ihnen/ daß sie niemand sagen solten/ was sie gesehen

sehen hätten: biß daß der Sohn deß Menschen von den Todten widerumb wäre auferstanden.

9. Und sie behielten das Wort bey sich / und befragten sich miteinander / was das wäre: wan er von den Todten widerumb wäre auferstanden.

II. 10. Und sie fragten ihn / und sprachen: Was sagen dan die Phariseer und Schrifftgelehrte / daß Elias zuvor kommen müsse?

11. Er antwortete / und sprach zu ihnen: Wan Elias zuvor kommen wird / so wird er alles widerumb zu recht bringen: und wie geschriben ist von deß Menschen Sohn / daß er vil leyden soll / und verachtet werden.

12. Aber ich sage euch / daß Elias schon kommen ist (und sie haben ihm gethan / was sie wolten) wie dan von ihm geschriben stehet.

13. Und als er zu seinen Jüngern kam / sahe er eine grosse Schar umb sie / samt den Schrifftgelehrten / die sich mit ihnen befragten.

III. 14. Und das gantze Volck / so bald es JEsum sahe / entsetzte / und förchtete sich / und sie lieffen hinzu / und grüsseten ihn.

15. Und er fragte sie: Was befraget ihr euch untereinander?

16. Und einer auß dem Volck antwortete / und sprach: Meister / ich hab meinen Sohn her zu dir gebracht / der einen stummen Geist hat:

17. Wo ihn derselbige ergreifft / so zerstosset er ihn / alsdan schäumet er und kirret mit den Zähnen / und er verdörret: und ich hab mit deinen Jüngern geredt / daß sie ihn außtreiben / und sie kunten nit.

18. Er antwortete ihnen / und sprach: O du unglaubiges Geschlecht / wie lang soll ich noch bey euch seyn? Wie lang soll ich euch übertragen? Bringet ihn her zu mir.

19. Und sie brachten ihn herzu. Als er ihn nun sahe / da plagete ihn der Geist alsbald / und er fiel auf die Erden / und weltzete sich / und schäumete.

20. Und er fragte seinen Vatter: wie lang ists / daß ihm diß ist widerfahren? Er aber sprach: Von Kindheit an:

21. Und offt hat er ihn ins Feuer / und ins Wasser geworffen / daß er ihn umbs Leben brächte. Vermagst du aber etwas / so hilff uns / und erbarme dich unser.

22. JEsus aber sprach zu ihnen: wan du glauben kanst / da wer glaubet / dem seynd alle Ding möglich.

23. Und alsbald rieff deß Knaben Vatter überlaut / und sprach mit weinenden Augen: ich glaube O HErr: hilff meinem Unglauben.

24. Da nun JEsus sahe / das Volck zusammen

narrarent: nisi cùm Filius hominis à mortuis resurrexerit.

9. Et verbum continuerunt apud se, conquirentes quid esset: Cùm à mortuis resurrexerit.

II. 10. Et interrogabant eum, dicentes: *c* Quid ergo dicunt Pharisæi, & Scribæ, quia Eliam oportet venire primùm? — *c Mal. 4. 5.*

11. Qui respondens, ait illis: Elias cùm venerit primò, restituet omnia: & quo modo *d* scriptum est in Filium hominis, ut multa patiatur & contemnatur *e*. — *d Isai. 53. 3. & 4.* — *e subintellige, sic accidet Eliæ.*

12. Sed dico vobis quia & Elias venit (& fecerunt illi quæcumque voluerunt) sicut scriptum est de eo.

13. Et veniens ad discipulos suos, vidit turbam magnam circa eos, & Scribas conquirentes cum illis.

III. 14. Et confestim omnis populus videns Jesum, stupefactus est, & expaverunt, & accurrentes salutabant eum.

15. Et interrogavit eos: Quid inter vos conquiritis?

16. *f* † Et respondens unus de turba, dixit: Magister, attuli filium meum ad te habentem spiritum mutum: — *f Luc. 9. 38.* — † FER. 4. QUAT. TEM. SEPT.

17. qui ubicumque eum apprehenderit, allidit illum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit *g*: & dixi discipulis tuis ut ejicerent illum, & non potuerunt. — *g sine sensu efficitur.*

18. Qui respondens eis, dixit: O generatio incredula, quamdiu apud vos ero *h*? quamdiu vos patiar? afferte illum ad me. — *h luctans cum vestra pertinacia.*

19. Et attulerunt eum. Et cùm vidisset eum, statim spiritus conturbavit illum: & elisus in terram, volutabatur spumans.

20. Et interrogavit patrem ejus: Quantùm temporis est ex quo ei hoc accidit? At ille ait: Ab infantia:

21. & frequenter eum in ignem, & in aquas misit, ut eum perderet. Sed si quid potes, adjuva nos, misertus nostri.

22. Jesus autem ait illi: Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti.

23. Et continuò exclamans pater pueri, cum lacrymis aiebat: Credo, Domine: adjuva incredulitatem meam.

24. Et cùm videret Jesus concurrentem turbam

l eum im- perio præcepit. turbam, comminatus est *l* spiritui immundo, dicens illi: Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo: & ampliùs ne introeas in eum.

25. Et exclamans, & multùm discerpens eum, exiit ab eo, & factus est sicut mortuus, ita ut multi dicerent: Quia mortuus est.

26. Jesus autem tenens manum ejus, elevavit eum, & surrexit.

27. Et cùm introisset in domum, discipuli ejus secretò interrogabant eum: quare nos non potuimus ejicere eum?

28. Et dixit illis: Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & jejunio *m*.

m quia per jejunium subjicitur caro spiritui, & per orationem Spiritus Deo unitur, ut fiat homo quasi angelus, carne & dæmone superior.

29. Et inde profecti prætergrediebantur Galilæam: nec volebat quemquam scire.

IV. 30. *n* Docebat autem discipulos suos, & dicebat illis: Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum, & occisus tertia die resurget.

31. At illi ignorabant verbum: & timebant interrogare eum.

n Matth. 17. 21. Luc. 9. 22. & 44.

32. Et venerunt Capharnaum. Qui cùm domi essent, interrogabat eos: Quid in via tractabatis?

o Matth. 18. 1. Luc. 9. 46.

V. 33. At illi tacebant: siquidem in via inter se disputaverant, *o* quis eorum major esset.

p i. sit vel fiat.

34. Et residens vocavit duodecim, & ait illis: Si quis vult primus esse, erit *p* omnium novissimus, & omnium minister.

35. Et accipiens puerum, statuit eum in medio eorum: quem cùm complexus esset, ait illis:

q mei causâ & amore.

36. Quisquis unum ex hujusmodi pueris receperit in nomine meo *q*, me recipit: & quicumque me susceperit, non me suscipit, sed eum, qui misit me.

r Luc. 9. 49.

37. *r* Respondit illi Joannes, dicens: Magister, vidimus quemdam in nomine tuo ejicientem dæmonia, qui non sequitur nos, & prohibuimus eum.

s 1. Cor. 12. 3. t i. miraculum. u i. facilè.

38. Jesus autem ait: Nolite prohibere eum. *s* Nemo est enim qui faciat virtutem *t* in nomine meo, & possit citò *u* malè loqui de me.

39. Qui enim non est adversum vos, pro vobis est.

x Matth. 10. 42.

40. *x* Quisquis enim potum dederit

lauffen / betrohete er den unreinen Geist / und sprach zu ihm: Du tauber und stummer Geist ich gebiete dir / fahre auß von ihm: und fahre hinführo nit mehr in ihn.

25. Und er rieff und zerrisse ihn sehr hefftig / und fuhre auß von ihm und er ward / als wan er todt wäre / also daß vil sagten: Er ist todt.

26. JEsus aber griffe ihn bey seiner Hand / und richtete ihn auf / und er stund auf.

27. Und nachdem er in das Hauß gangen war / fragten ihn seine Jünger in geheim: Warum haben wir ihn nit außtreiben können?

28. Und er sprach zu ihnen: Dise Art kan durch nichts außgetriben werden als durch Betten und Fasten.

29. Und sie zohen von dannen / und reiseten durch Galiläam: und er wolte nit / daß es jemand wissen solte.

IV. 30. Er lehrte aber seine Jünger und sprach zu ihnen: Deß Menschen Sohn wird in die Händ der Menschen überantwortet werden: und sie werden ihn tödten / und wan er getödtet ist so wird er am dritten Tag widerum auferstehen.

31. Sie aber verstunden das Wort nit / und förchteten ihn zu fragen.

32. Und sie kamen gen Capharnaum. Da sie nun im Hauß waren fragte er sie: Wovon habt ihr auf dem Weeg miteinander gehandlet?

V. 33. Sie aber schwigen still. Dan sie hatten sich auf dem Weeg unter einander befraget / wer unter ihnen der grössest wäre.

34. Und er setzte sich rieff den Zwölffen / und sprach zu ihnen: So jemand der erst seyn will / der soll unter allen der letzte / und ihrer aller Diener seyn.

35. Und er nahm ein Kind und stellete dasselbig mitten unter sie: und nachdem Ers umbfangen hatte / sprach er zu ihnen:

36. Wer eines von solchen Kindern aufnimmt in meinem Namen / der nimmt mich auf: und wer mich aufnimmt / der nimmt nit mich auf / sondern den / der mich gesandt hat.

37. Und Johannes antwortete ihm und sprach: Meister wir haben einen gesehen / der in deinem Namen die Teuffel außtreibt / und er folget uns nit nach / so haben wirs ihm verbotten.

38. JEsus aber sprach: Ihr solts ihm nit verbieten. Dan es ist niemand der ein Wunderwerck thue in meinem Namen / und möge bald Ubels von mir reden.

39. Dan wer nit wider euch ist / der ist für euch.

40. Dan wer euch einen Becher Wassers zu trin-

trincken geben wird in meinem Namen / darum daß ihr Christo zugehöret: Warlich sage ich euch / der wird seinen Lohn nit verliehren.

VI. 41. Und wer einen ärgert von disen Kleinen / die an mich glauben: dem wäre besser / daß ihm ein Mühlstein an seinen Hals gehencket / und er ins Meer geworffen wurde.

42. Wan dich aber deine Hand ärgert / so haue sie ab: Es ist dir besser / daß du mangelhafftig zum Leben eingehest / dan daß du beyde Händ habest / u. zur Höllen hinein fahrest / in das unaußlöschliche Feuer:

43. Da ihr Wurm nit stirbet / und das Feuer nit erlöschet.

44. Und wan dich dein Fuß ärgert / so haue ihn ab: es ist dir besser / daß du lahm zum ewigen Leben eingehest: dan daß du beyde Füß habest / und werdest in die Höllen geworffen / in das unaußlöschliche Feuer:

45. Da ihr Wurm nit stirbet / und das Feuer nit erlöschet.

46. Und wan dich dein Aug ärgert / so reiß es auß: es ist dir besser / daß du einaugig zum Reich GOttes eingehest: dan daß du beyde Augen habest und werdest in das höllische Feur geworffen:

47. Da ihr Wurm nit stirbet / und das Feur nit verlöschet.

48. Dan ein jeglicher wird mit Feur gesaltzen werdẽ, u. alles Opffer wird mit Saltz gesaltzẽ werdẽ.

8. Dise hat gethan / was sie gekunnt hat / sie ist vor kommen / meinen Leichnam zur Begräbnuß zu salben.

9. Warlich sag ich euch: Wo man diß Evangelium predigen wird in der gantzen Welt / da wird auch dises / was sie gethan hat / zu ihrer Gedächtnuß erzehlt werden.

10. Und Judas Iscariot / einer von den zwölffen gieng hin zu den Hohenpriestern / daß er ihn ihnen verriethe.

11. Und sie erfreueten sich / da sie das höreten: und versprachen ihm Geld zu geben. Und er suchete Gelegenheit / wie er ihn füglich verrathen möchte.

II. 12. Und am ersten Tag der ungesäuerten Brod / da man das Osterlamb opfferte / sprachen die Jünger zu ihm: wohin wilst du / daß wir gehen / und dir das Osterlamb zu essen bereiten?

a fangen.

Caput XIV.

I. Jesus unguento pretioso à muliere perfunditur, murmurantibus discipulis: venditur à Juda; 1.
II. Agnum paschalem comedit. 12.
III. Corpus suum & sanguinem tradit discipulis: 22.
IV. Prædicit omnes scandalizandos, & post trinam orationem capitur. 26.
V. Coram Caipha à falsis testibus accusatur, mortis reus judicatur, conspuitur, caditur, & ter à Petro negatur. 53.

1. ERat † autem Pascha & Azyma post biduum: & quærebant *a* summi sacerdotes, & Scribæ, quomodò eum dolo tenerent & occiderent.

2. Dicebant autem: Non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo.

3. *b* Et cùm esset Bethaniæ in domo Simonis leprosi, & recumberet: venit mulier habens alabastrum unguenti nardi spicati *c* pretiosi, & fracto alabastro, effudit super caput ejus.

4. Erant autem quidam indignè ferentes intra semetipsos, & dicentes: Ut quid perditio ista unguenti facta est?

5. Poterat enim unguentum istud vænumdari plus quàm trecentis denariis, & dari pauperibus. Et fremebant in eam.

6. Jesus autem dixit: Sinite eam, quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me:

7. semper enim pauperes habetis vobiscum: & cùm volueritis, potestis illis benefacere: me autem non semper habetis.

8. Quod habuit *d* hæc, fecit: prævenit ungere *e* corpus meum in sepulturam.

9. Amen dico vobis: Ubicumque prædicatum fuerit Evangelium istud in universo mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam ejus.

10. *f* Et Judas Iscariotes unus de duodecim abiit ad summos sacerdotes, ut proderet eum illis.

11. Qui audientes gavisi sunt: & promiserunt ei pecuniam se daturos. Et quærebat quomodo illum opportune traderet.

II. 12. *g* Et primo die Azymorum quando Pascha immolabant, dicunt ei discipuli: Quò vis eamus, & paremus tibi ut manduces Pascha?

† Passio Fer. 3. majoris hebdom.
a Matth. 26. 2. Luc. 22. 1.
Quartum & ultimum Pascha ministerii Christi an. M. 4036. Æræ vulg. 33. ætatis Christi 37. Per. Jul. 4746. urbis conditæ 784. ann. Jul. 78. Imperii Tiberii 19.
b Matth. 26. 6. Joan. 12. 1.
c confecti ex spica Nardi.
d i. potuit.
e quòd postea facere non poterit.
f Matth. 26. 14.
g Matth. 26. 17. Luc. 22. 7.

13. Et mittit duos ex discipulis suis, & dicit eis: Ite in civitatem: & occurret vobis homo lagenam aquæ bajulans, sequimini eum:

14. & quocumque introierit, dicite domino domûs, quia magister dicit: Ubi est refectio mea *h*, ubi Pascha cum discipulis meis manducem?

h locus seu refectoriū, ubi me reficiam cum meis.

15. Et ipse vobis demonstrabit cœnaculum grande, stratum *l*: & illic parate nobis.

l vestitum tapetibus, instructum mensis & lectulis.

16. Et abierunt discipuli ejus, & venerunt in civitatem: & invenerunt sicut dixerat illis, & paraverunt Pascha.

17. *m* Vespere autem facto, venit cum duodecim.

m Matth. 26. 20. Luc. 22. 14.

18. Et discumbentibus eis, & manducantibus, ait Jesus: Amen dico vobis, *n* quia unus ex vobis tradet me, qui manducat mecum.

n Joan. 13. 21.

19. At illi cœperunt contristari, & dicere ei singulatim: Numquid ego?

20. Qui ait illis: Unus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino.

21. Et Filius quidem hominis vadit *o* sicut scriptum est de eo: væ autem homini illi, per quem Filius hominis tradetur: bonum erat ei, si non esset natus homo ille.

o Psalm. 40. 10. Actor. 1. 16.

III. 22. *p* Et manducantibus illis, accepit Jesus panem: & benedicens fregit *q*, & dedit eis, & ait: Sumite, hoc est corpus meum.

p Matth. 26 26. 1. Cor. 11. 24.
q antequam daret.

23. Et accepto calice, gratias agens dedit eis: & biberunt *r* ex illo omnes.

r refert per hysterologiam, nam Christus præmisit formulam consecrationis.

24. Et ait illis: Hic est sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur.

25. Amen dico vobis, quia jam non bibam de hoc genimine vitis usque in diem illum, cùm illud bibam novum in regno Dei.

IV. 26. Et hymno dicto exierunt in montem Olivarum.

27. Et ait eis Jesus: *s* Omnes scandalizabimini in me in nocte ista: quia scriptum est: *t* Percutiam pastorem, & dispergentur oves.

s Joan. 16. 32.
t Zach. 13. 7.

28. Sed postquam resurrexero, præcedam vos in Galilæam.

29. Petrus autem ait illi: Et si omnes

13. Und er sandte seiner Jünger zween und sprach zu ihnen: Gehet hin in die Stadt: und es wird euch ein Mensch begegnen / der ein Lägel mit Wasser tragen wird. Demselbigen folget nach:

14. Und wo er hinein gehen wird / da sprechet zu dem Haußherrn / der Meister sagt: wo ist mein Ort zur Mahlzeit / da ich das Osterlamb essen mag mit meinen Jüngern?

15. Und er wird euch einen grossen Saal zeigen / der gepflastert ist: daselbst richtet für uns zu.

16. Und seine Jünger giengen hin / und kamen in die Stadt: und sie fundens / wie er ihnen gesagt hatte / und bereiteten das Osterlamb.

17. Da es nun war Abend worden / kam er mit den Zwölffen dahin.

18. Und als sie zu Tisch sassen / und assen / sprach JEsus: Warlich sag ich euch / einer von euch / der mit mir isset / wird mich verrathen.

19. Sie aber fiengen an traurig zu werden / und zu ihm zu sagen / einer nach dem andern: Bin ichs?

20. Und er sprach zu ihnen: einer von den Zwölffen / der die Hand mit mir in die Schüssel tuncket.

21. Und zwar deß Menschen Sohn gehet hin / wie von ihm geschriben stehet: Weh aber dem Menschen / durch welchen deß Menschen Sohn wird verrathen werden. Es wäre ihm besser / daß derselbige Mensch nie gebohren wäre.

III. 22. Und da sie assen / nahm JEsus das Brod / segnete es / und brachs / und gab es ihnen: und sprach: Nehmet hin / das ist mein Leib.

23. Und er nahm auch den Kelch / und dancket / und gab ihnen den: und sie truncken alle daraus.

24. Und er sprach zu ihnen: diß ist mein Blut deß neuen Testaments / das für vil wird vergossen werden.

25. Warlich sag ich euch / daß ich hinführo von disem Gewächs deß Weinstocks nit trincken werde / biß auf den Tag / da ich das neu trincken werde im Reich GOttes.

IV. 26. Und als das Lobgesang gesprochen war / giengen sie hinauß an den Oelberg.

27. Und JEsus sprach zu ihnen: ihr werdet euch alle in diser Nacht an mir ärgern: dan es stehet geschriben: ich will den Hürten schlagen / und die Schaaf werden zerstreuet werden:

28. Aber nachdem ich werd auferstehen / so will ich vor euch hingehen in Galiläam.

29. Petrus aber sprach zu ihme: wan sich auch alle

alle an dir ärgern wurden/ so will ich mich doch nit ärgern.
30. Und JEsus sprach zu ihm: warlich sag ich dir: heut in diser Nacht/ eh dan der Hahn zweymahl kräet/ wirst du mich dreymal verlaugnen.
31. Er aber sagte noch mehr: und wan ich schon mit dir sterben müßte/ so will ich dich doch nit verlaugnen. Deßgleichen sagten sie alle.
32. Und sie kamen zu dem Bauhoff/ Gethsemani genannt. Und er sprach zu seinen Jüngern: Setzet euch hie/ biß daß ich bette.
33. Und er nahm Petrum/ und Jacobum/ und Johannem mit sich/ und fieng an zu zittern und zu zagen.
34. Und er sprach zu ihnen: Meine Seel ist betrübt biß in den Todt: bleibet hie/ und wachet.
35. Und als er ein wenig fortgangen war/ fiel er auf die Erd: und bettete/ so es möglich wäre/ daß alsdan die Stund von ihm vorüber gieng:
36. Und er sprach: Abba mein Vatter/ alle Ding seynd dir möglich/ nimm disen Kelch von mir/ hinweg/ doch nit was ich will/ sondern was du wilst.
37. Und er kam/ und fand sie schlaffend: und er sprach zu Petro: Simon/ schlaffest du? Hast nit eine Stund wachen können?
38. Wachet/ und bettet/ auf daß ihr nit in Versuchung fallet. Der Geist ist zwar willig/ aber das Fleisch ist schwach.
39. Und er gieng abermal hin/ und bettete/ und sprach eben dieselbige Wort:
40. Und da er widerum kam/ fand er sie abermal schlaffend/ (dan ihre Augen waren voll Schlafs) und sie wusten nit/ was sie ihm antworteten.
41. Und er kam zum drittenmal/ und sprach zu ihnen: Schlaffet nun/ und ruhet. Es ist genug: die Stund ist kommen: Sihe/ deß Menschen Sohn wird in die Händ der Sünder überantwortet werdē.
42. Stehet auf/ lasset uns gehen. Sehet/ der mich verrathen wird/ der ist nahe.
43. Und als er noch redete/ kam Judas Iscarioth/ einer von den Zwölffen u. eine grosse Schaar mit ihm/ mit Schwerdtern und Stangen/ von den Hohen Priestern/ und Schrifftgelehrten/ und Aeltesten.
44. Es hatte ihnen aber der Verräther ein Zeichen gegeben/ und gesagt: Welchen ich kussen werde/ der ist es: den greiffet an/ und führet ihn behutsam.
45. Und da er ankommen war/ tratt er alsbald zu ihm/ und sprach: Sey gegrüsset Rabbi: Und er kussete ihn.

scandalizati fuerint in te: sed non ego.
30. Et ait illi Jesus: Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, priùsquàm gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus.
31. At ille ampliùs loquebatur: Et si oportuerit me simul commori tibi, non te negabo. Similiter autē & omnes dicebant.
32. *u* Et veniunt in prædium, cui nomen Gethsemani. Et ait discipulis suis: Sedete hîc donec orem.
33. Et assumit Petrum, & Jacobum, & Joannem secum: & cœpit pavere, & tœdere.
34. Et ait illis: Tristis est anima mea usque ad mortem: sustinete hîc, & vigilate.
35. Et cùm processisset paululùm, procidit super terram: & orabat, ut si fieri posset, transiret ab eo hora *x*:
36. Et dixit: Abba Pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc à me, sed non quod ego volo, sed quod tu.
37. Et venit, & invenit eos dormientes. Et ait Petro: Simon, dormis? non potuisti una hora vigilare?
38. Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro verò infirma.
39. Et iterum abiens oravit, eumdem sermonem dicens.
40. Et reversus, denuò invenit eos dormientes (erant enim oculi eorum gravati) & ignorabant quid responderent ei.
41. Et venit tertiò, & ait illis: Dormite jam, & requiescite. Sufficit: venit hora: ecce Filius hominis tradetur in manus peccatorum.
42. Surgite, eamus. Ecce qui me tradet propè est.
43. Et, adhuc eo loquente, venit Judas Iscariotes, unus de duodecim & *y* cum eo turba multa, cum gladiis, & lignis, à summis sacerdotibus, & Scribis, & senioribus.
44. Dederat autem traditor ejus signum eis, dicens: Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eũ, & ducite cautè *z*.
45. Et cùm venisset, statim accedens *a* ad eum, ait: Ave Rabbi: & osculatus est eum.
46.

u Matth. 26 36. Luc. 22. 40.
x sc. passio.
y Matth. 26. 47. Luc. 22. 47. Joan. 18. 3.
z ne evadat.
a id priùs factum

quàm Christus eis obviam procederet, ut ait Joan.

46. At illi manus injecerunt in eum, & tenuerunt eum.

47. Unus autem quidam de circumstantibus educens gladium, percussit servum summi sacerdotis: & amputavit illi auriculam.

48. Et respondens Jesus, ait illis: Tamquam ad latronem existis cum gladiis, & lignis comprehendere me?

49. quotidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuistis. Sed ut impleantur Scripturæ. *b*

b sc. ideo id vobis permittitur.

50. *c* Tunc discipuli ejus relinquentes eum, omnes fugerunt.

c Matth. 26. 56.

51. Adolescens *d* autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo: & tenuerunt eum

d sc. strepitu excitatus è lecto.

52. At ille rejecta sindone, nudus profugit ab eis.

V. 53. *e* Et adduxerunt Jesum ad summum sacerdotem: & convenerunt omnes sacerdotes, & Scribæ, & seniores.

e Matth. 26. 57. Luc. 22. 54. Joan. 18. 13.

54. Petrus autem à longè secutus est eum usque intrò in atrium summi sacerdotis: & sedebat cum ministris ad ignem, & calefaciebat se.

55. *f* Summi verò sacerdotes, & omne concilium quærebant adversùs Jesum testimonium, ut eum morti traderent, nec inveniebant.

f Matth. 26. 59.

56. Multi enim testimonium falsum dicebant adversùs eum: & convenientia *g* testimonia non erant.

g sufficientia ad condemnandū.

57. Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant adversùs eum, dicentes:

58. Quoniam nos audivimus eum dicentem: Ego dissolvam *h* templum hoc manu factum, & per triduum aliud non manu factum ædificabo.

h Joan. 2. 19.

59. Et non erat conveniens testimonium illorum.

60. Et exurgens *l* summus sacerdos in medium, interrogavit Jesum, dicens: Non respondes quidquam ad ea, quæ tibi objiciuntur ab his?

l præ ira.

61. Ille autem tacebat, & nihil respondit. Rursùm summus sacerdos interrogabat eum, & dixit ei: Tu es Christus filius Dei benedicti?

62. Jesus autem dixit illi: Ego sum: *m* & videbitis Filium hominis sedentem à

m Matth. 24. 30. & 26. 64

46. Aber sie legten die Hand an ihn und griffen ihn.

47. Einer aber von denen / die dabey stunden / zohe sein Schwerd auß / und schluge deß Hohen Priesters Knecht / und hiebe ihm ein Ohr ab.

48. Und JEsus antwortete/und sprach zu ihnen: Ihr seyd außgangen als zu einem Mörder / mit Schwerdtern und Stangen/ mich zu fangen.

49. Ich war täglich bey euch im Tempel / und lehrete/ und ihr habt mich nit angegriffen. Aber damit die Schrifft erfüllet werde.

50. Da verliessen ihn seine Jünger / und flohen alle davon.

51. Es folgete ihm aber ein Jüngling nach/ der war mit Leinwad bekleydet auf der blossen Haut: und sie griffen ihn.

52. Er aber warff das leinen Kleyd von sich / und flohe nacket von ihnen.

V. 53. Und sie führeten JEsum zum Hohenpriester: und alle Priester/ samt den Schrifftgelehrten und Aeltesten kamen zusammen.

54. Petrus aber folgete ihm von fern nach / biß zum Hoff deß Hohenpriesters hinein: und er sitzete mit den Dienern am Feur / und wärmete sich.

55. Aber die Hohepriester und der gantze Rath suchten Zeugnuß wider JEsum / daß sie ihn zum Todt übergebten / und sie funden keine.

56. Dan vil gaben wohl falsche Zeugnuß wider ihn: aber ihre Zeugnussen kamen nit überein. *a*

57. Und etliche stunden auf/ und gaben ein falsche Zeugnuß wider ihn/ und sprachen:

58. Wir haben gehöret/ daß er sagte: Ich wil disen Tempel abbrechen/ der mit Händen gemacht ist/ und wil in dreyen Tagen einen andern bauen / der nit mit Händen sol gemacht seyn.

59. Und ihr Zeugnuß war auch nicht tauglich.

60. Und der Hohepriester stund auf/ tratt in die Mitte/ und fragete JEsum/ und sprach: Antwortest du nichts auf die Ding/ so dir von disen vorgeworffen werden?

61. Er aber schwige still/ und antwortete nichts. Da fragete ihn der Hohepriester abermal / und sprach zu ihm: Bist du Christus der Sohn GOttes/ deß Gebenedeyten.

62. JEsus aber sprach zu ihm: Ich bins: Und ihr werdet den Sohn deß Menschen sehen sitzen/ zu

a waren untauglich.

der

der Rechten der Krafft GOttes/ und kommen mit den Wolcken deß Himmels.

63. Da zerrisse der hohe Priester seine Kleyder/ und sprach: Was begehren wir noch weiter Zeugen?

64. Ihr habt die Gottslästerung gehöret: was duncket euch? Und sie verdammeten ihn alle/ daß er deß Todts schuldig wäre.

65. Und etliche fiengen an/ ihn zu verspeyen/ und sein Angesicht zu bedecken/ und ihn mit Fäusten zu schlagen/ und sprachen zu ihm: weissage: und die Diener gaben ihm Backenstreich.

66. Und als Petrus unten im Hof war/ da kam eine von den Mägden deß hohen Priesters:

67. Und da sie sahe Petrum sich wärmen/ schauete sie ihn an/ und sprach: du warest auch mit JEsu von Nazareth.

68. Er aber verlaugnets/ und sprach: ich kenne ihn nit: und weiß nit/ was du sagest. Und er gieng hinauß vor den Vorhof/ und der Hahn kräete.

69. Die Magd aber/ da sie ihn abermal sahe/ fieng an zu den Umbstehenden zu sagen: diser ist auch einer auß ihnen.

70. Er aber verlaugnets abermal. Und über ein wenig hernach/ sprachen abermal zu Petro/ die allda stunden: du bist warhafftig einer auß ihnen: dan du bist auch ein Galiläer.

71. Er aber fieng an/ sich zu verfluchen/ und zu schwören: Ich kenne disen Menschen nit von welchem ihr redet.

72. Und alsbald kräete der Hahn/ zum andernmal. Da gedachte Petrus an das Wort/ das JEsus zu ihm gesagt hatte: eh der Hahn zweymal kräet/ wirst du mich dreymal verlaugnen. Und er fieng an zu weinen.

Das XV. Capitel.

I. Christus wird von Pilato übergeben/ angeklagt/ Barabbä nachgesetzt/ gegeisslet/ mit Dörnern gekrönet/ und verspottet/ 1.
II. Auf dem Berg Golgotha zwischen zween Mördern gecreutziget/ und gelästert/ 20.
III. Gibt nach Verfinsterung deß Erdkreiß seinen Geist auf/ 33.
IV. Wird vom Joseph von Arimathäa begraben/ 42.

1. UNd alsbald zu Morgen Früh hielten die Hohepriester einen Rath mit den Eltesten/ und Schrifftgelehrten/ und mit der gantzen Versamblung: und sie bunden JEsum/ und führeten/ und übergaben ihn Pilato.

2. Und Pilatus fragte ihn: bist du ein König der Juden? er aber antwortete/ und sprach zu ihm: Du sagsts.

---

dextris virtutis Dei, & venientem cum nubibus cæli.

63. Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua, ait: Quid adhuc desideramus *n* testes? *n Græcè, opus habemus.*

64. Audistis blasphemiam: quid vobis videtur? Qui omnes condemnaverunt eum esse reum mortis.

65. Et cœperunt quidam conspuere eum, & velare faciem ejus, & colaphis eum cædere, & dicere ei: Prophetiza: & ministri alapis eum cædebant.

66. *o* Et cùm esset Petrus in atrio deorsùm, venit una ex ancillis sumi sacerdotis: *o Matt. 26. 69. Luc. 22. 56. Joan. 18. 17.*

67. & cùm vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait: Et tu cum Jesu Nazareno eras.

68. At ille negavit, dicens: Neque scio, neque novi quid dicas. Et exiit foras ante atrium, & gallus cantavit.

69. *p* Rursùs autem cùm vidisset illum ancilla, cœpit dicere circumstantibus: Quia hic ex illis est. *p Matt. 26. 71.*

70. At ille iterùm negavit. *q* Et post pusillum rursùs qui astabant, dicebant Petro: Verè ex illis es: nam & Galilæus es. *q Luc. 22. 59. Joan. 18. 25.*

71. Ille autem cœpit anathematizare *r*, & jurare: Quia nescio hominem istum, quem dicitis. *r i. execrari.*

72. Et statim gallus iterùm cantavit. *s* Et recordatus est Petrus verbi, quòd dixerat ei Jesus: Priùs quàm gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit flere. *s Matt. 26. 75. Joan. 13. 38.*

CAPUT XV.

I. Jesus coram Pilato accusatur, nihil respondet: postponitur Barabbæ & traditur crucifigendus; 1.
II. Multis modis illusus à militibus, ducitur ad crucifigendum: & inter latrones crucifixus, conscinditur blasphemiis: 20.
III. Suboriuntur tenebræ: Jesus clamans Eli, & aceto potatus, cum clamore valido expirat; 33.
IV. Cujus corpus à Joseph sepelitur. 42.

1. ET confestim manè *a* consilium facientes summi sacerdotes, cum senioribus, & Scribis, & universo concilio, vincientes Jesum, duxerunt, & tradiderunt Pilato. *a Matt. 27. 1. Luc. 22. 66. Joan. 18. 21.*

2. Et interrogavit eum Pilatus: Tu es Rex Judæorum? At ille respondens, ait illi: Tu dicis.

b Matth. 27. 12. Luc. 23. 2. Joan. 18. 33.

3. *b* Et accusabant eum summi sacerdotes in multis.

4. Pilatus autem rursùm interrogavit eum, dicens: Non respondes quidquam? vide in quantis te accusant.

5. Jesus autem ampliùs nihil respondit, ita ut miraretur Pilatus.

c Fe. Paschæ.

6. Per diem autem festum *c* solebat dimittere illis unum ex vinctis, quemcumque petissent.

7. Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum seditiosis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidium.

d Græcè, exclamasset

8. Et cùm ascendisset *d* turba, cœpit rogare, sicut semper faciebat illis.

9. Pilatus autem respondit eis, & dixit: Vultis dimittam vobis regem Judæorum?

10. Sciebat enim, quòd per invidiam tradidissent eum summi sacerdotes.

e i. potiùs.

11. Pontifices autem concitaverunt turbam, ut magis *e* Barabbam dimitteret eis.

f Matth. 27. 22. Luc. 23. 14.

12. *f* Pilatus autem iterùm respondens, ait illis: Quid ergo vultis faciam regi Judæorum:

g Ioan. 18. 40.

13. *g* At illi iterùm clamaverunt: Crucifige eum.

14. Pilatus verò dicebat illis: Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant: Crucifige eum.

15. Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illis Barabbam, & tradidit Jesum flagellis cæsum, ut crucifigeretur.

h Matth. 27. 27. Ioan. 19. 2.

16. *h* Milites autem duxerunt eum in atrium prætorii *k*, & convocant totam cohortem,

k intrò, addunt Græca

17. & induunt eum purpura, & imponunt ei plectentes spineam coronam.

18. Et cœperunt salutare eum: Ave rex Judæorum.

19. Et percutiebant caput ejus arundine: & conspuebant eum, & ponentes genua, adorabant eum.

II. 20. Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpurâ, & induerunt eum vestimentis suis: & educunt illum ut crucifigerent eum.

l Matth. 27. 32. Luc. 23. 26.

21. *l* Et angariaverunt prætereuntem quempiam, Simonem Cyrenæum venientem de villa, patrem Alexandri, & Rufi *m*, ut tolleret crucem ejus.

m uterque erat Christi discipulus.

3. Und die Hohepriester verklagten ihn in vilen Stucken.

4. Pilatus aber fragte ihn abermal / und sprach: Antwortest du nichts? Sihe / in wie grossen Stucken sie dich verklagen.

5. JEsus aber antwortete hinfüro nichts weiter / also daß sich Pilatus verwunderte.

6. Er pflegte ihnen aber auf den Festtag einen von den Gefangenen loß zu geben / welchen sie begehreten.

7. Nun war einer Barabbas genannt / der mit den Aufrühreri schen gefangen war / und hatte in der Aufruhr einen Mord begangen.

8. U. da das Volck hinauf kam / fiengen sie an zu bitten / daß er thäte / wie er ihnen allzeit pflegte zu thun.

9. Pilatus aber antwortete ihnen / und sprach: Wollet ihr / daß ich euch den König der Juden loß gebe?

10. Dan er wuste wohl / daß ihn die Hohepriester auß Neid überantwortet hatten.

11. Aber die Hohepriester reitzten das Volck / daß er ihnen vilmehr Barabbam loß gebe.

12. Pilatus aber antwortete abermal / und sprach zu ihnen: Was wollet ihr dan / daß ich dem König der Juden thun soll?

13. Sie aber rieffen widerumb: Creutzige ihn.

14. Pilatus aber sprach zu ihnen: Was hat er dan Ubels gethan? Sie aber rieffen vilmehr: Creutzige ihn.

15. Pilatus aber wolte dem Volck genug thun / und gab ihnen Barabbam loß / und übergab ihnen JEsum / nachdem er ihn geißlen lassen / daß er gecreutziget wurde.

16. Die Kriegsknecht aber führeten ihn in den Vorhof deß Richthauß / und berieffen die gantze Schar zusammen /

17. Und thäten ihm ein Purpurkleid an / und flochten eine dörnene Kron / und setzten sie ihm auf.

18. Und sie fiengen an / ihn zu grüssen: Sey gegrüsset / du König der Juden.

19. Und sie schlugen sein Haubt mit einem Rohr / und verspyen ihn / und fielen nider auf die Knye / und betteten ihn an.

II. 20. Und nachdem sie ihn verspottet hatten / zohen sie ihm das Purpurkleid auß / und legten ihm seine Kleider an: und führeten ihn hin / daß sie ihn creutzigten.

21. Und sie zwungen einen / der vorüber gieng / Simon von Cyrene genannt / der vom Bauhof kam / den Vatter Alexandri und Rufi / daß er sein Creutz truge.

22. Und sie brachten ihn zu der Stadt Golgotha / das ist verdolmetschet: Schedelstadt.

23. Und sie gaben ihm zu trincken Wein/ der mit Myrrhen gemengt/und er nam ihn nit zu sich.

24. Und da sie ihn gecreutziget hatten / theileten sie seine Kleider / und wurffen das Loß darůber / was ein jeglicher hinweg nemen solte.

25 Es war aber umb die dritte Stund / da sie ihn creutzigten.

26. Und es war die Uberschrifft seiner Ursach oben geschriben: DER KOENIG DER JUDEN.

27. Und sie creutzigten zween Mörder mit ihm: einen zu seiner Rechten / und den andern zur Lincken:

28. Da ward die Schrifft erfůllet / die spricht: er ist unter die Ubelthåter gerechnet worden.

29. Und die vorůber giengen / låsterten ihn/ und schůttelten ihre Håubter und sprachen: Pfuy / der du den Tempel GOttes zerstörest/ und ihn in dreyen Tagen widerumb aufbauest:

30. Hilff dir selbst / und steige herab vom Creutz.

31. Imgleichen verspotteten ihn auch die Hohepriester / sambt den Schrifftgelehrten / und sprachen untereinander: er hat andern geholffen / und kan ihm selbst nit helffen.

32. Christus / der König Israel steige jetzt vom Creutz herab / daß wirs sehen / und glauben. So schmåheten ihn auch / die mit ihm gecreutziget waren.

III. 33. Als aber die sechste Stund kommen war / da war eine Finsternuß ůber den gantzen Erdboden / biß umb die neundte Stund.

34. Und umb die neundte Stund rieff JEsus mit lauter Stimm/ und sprach: Eloi/ Eloi / Lamma sabacthani? Das ist verdolmetschet: mein GOtt/ mein GOtt/warumb hast du mich verlassen?

35. Und etliche von denen/welche dabey stunden/ da sie das höreten / sprachen sie: Sihe / er ruffet dem Elia?

36. Einer aber lieff hin/und fůllete einen Schwam̃ mit Eßig / und hefftete ihn an ein Rohr / und gab ihm zu trincken und sprach: Halt / lasset uns sehen/ ob Elias komme ihn herab zu nemmen.

37. JEsus aber schrye laut / und gab den Geist auf.

38. Und der Vorhang deß Tempels zerrisse in zwey Stuck/ von oben an / biß unten auß.

39. Der Haubtmann aber / der gegen ihm ůber stund/ da er sahe/ daß er also ruffend den Geist aufgeben hatte/ sprach er: Warlich/ diser Mensch war GOttes Sohn.

22. Et perducunt illum in Golgotha locũ: quod est interpretatum Calvariæ locus.

23. Et dabant ei bibere myrrhatum *n* vinum: & non accepit *o*.

24. *p* Et crucifigentes eum, diviserunt vestimenta ejus, mittentes sortem super eis, quis quid tolleret.

25. Erat autem hora tertia *q*: & crucifixerunt eum.

26. Et erat titulus causæ ejus inscriptus: REX JUDÆORUM.

27. Et cum eo crucifigunt duos latrones: unum à dextris, & alium à sinistris ejus.

28. *r* Et impleta est scriptura, quæ dicit: Et cum iniquis reputatus est.

29. Et prætereuntes blasphemabant eum, moventes capita sua, & dicentes: *s* Vah! qui destruis *t* templum Dei, & in tribus diebus reædificas:

30. salvum fac temetipsum descendens de cruce.

31. Similiter & summi sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum Scribis dicebant: Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere.

32. Christus rex Israël descendat nunc de cruce, ut videamus, & credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, convitiabantur ei.

III. 33. Et factâ horâ sextâ, tenebræ factæ sunt per totam terram *u* usque in horam nonam.

34. Et horâ nonâ exclamavit Jesus voce magnâ, dicens: *x* Eloi, eloi, lamma sabacthani? quod est interpretatum: Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?

35. Et quidam de circumstantibus audientes, dicebant: Ecce Eliam vocat.

36. Currens autem unus, & implens spongiam aceto, circumponensque calamo, potum dabat ei, dicens: Sinite, videamus si veniat Elias ad deponendum eum.

37. Jesus autem emissa voce magna *y* expiravit.

38. Et velum templi scissum est in duo *z*, à summo usque deorsùm.

39. Videns autem Centurio, qui ex adverso stabat, quia sic clamans expirasset, ait: Verè hic homo Filius Dei erat.

n i. amarissimum, seu myrrhâ mistum, quod solebat damnatis dari, ut minùs dolerent.
o i. non bibit, sed solùm gustavit, ut ait *Matth.*
p *Matth.* 27. 35. *Luc.* 23. 34. *Ioan.* 19. 23.
q finiens à qua inchoabatur hora sexta, *vide v.* 33.
r *Isaiæ* 53. 12.
s *Ioan.* 2. 19.
t jactas te posse destruere.
u per subtractionem solarium radiorum.
x *Psalm.* 21. 2. *Matth.* 27. 46.
y cur hoc miraculum fecerit. *vid.* *Tirinum.*
z in duas partes.

40. *a* Erant autem & mulieres de longè aſpicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Jacobi minoris, & Joſeph mater, & Salome:

41. & cùm eſſet in Galilæa, ſequebantur eum, *b* & miniſtrabant ei, & aliæ multæ, quæ ſimul cum eo aſcenderant Jeroſolymam.

IV. 42. *c* Et cùm jam ſerò eſſet factū (quia erat paraſceve, quod eſt ante ſabbatum)

43. venit Joſeph ab Arimathæa nobilis decurio *d*, qui & ipſe erat expectans regnum Dei, & audacter *e* introivit ad Pilatum, & petiit corpus Jeſu.

44. Pilatus autem mirabatur ſi jam obiiſſet. Et accerſito centurione, interrogavit eum ſi jam mortuus eſſet.

45. Et cùm cognoviſſet à centurione, donavit corpus Joſeph.

46. Joſeph autem mercatus ſindonem, & deponens eum involvit ſindone, & poſuit eum in monumento, quod erat exciſum de petra, & advolvit lapidem ad oſtium monumenti.*

47. Maria autem Magdalene, & Maria Joſeph aſpiciebant ubi poneretur. *f*

CAPUT XVI.

I. Mulieribus Angelus reſurrectionem Chriſti annuntiat. 1.

II. Qui primùm Magdalenæ apparet, deinde duobus diſcipulis in alia effigie: 9.

III. Demum undecim recumbentibus apparens, mittit eos ut in univerſo mundo prædicent promittens ſigna, quæ ſequentur. 15.

IV. In cælum aſcendit. 19

1. ET cùm tranſiſſet *a* ſabbatum, † Maria Magdalene, & Maria Jacobi & Salome emerunt *b* aromata ut venientes ungerent Jeſum.

2. Et valdè manè *c* unâ ſabbatorum, veniunt ad monumentum, orto jam ſole.

3. Et dicebant ad invicem: Quis revolvet nobis lapidem ab oſtio monumenti?

4. Et reſpicientes viderunt revolutum lapidem. Erat quippe magnus valdè.

5. *d* Et introëuntes in monumentum viderunt juvenem *e* ſedentem in dextris, coopertum ſtola candida, & obſtupuerunt.

6. Qui dicit illis: Nolite expaveſcere:

40. Es waren aber auch Weiber da/ welche von fern zuſahen: unter welchen war Maria Magdalena und Maria Jacobi deß kleinern/ und Joſephs Mutter/ und Salome:

41. Welche ihm auch nachgefolget waren/ da er in Galiläa war/ und hatten ihm gedienet/ ſambt vilen andern/ die zugleich mit ihm hinauf gen Jeruſalem kammen waren.

IV. 42. Und als es nun war Abend worden/ dieweil es der Rüſttag war/ der vor dem Sabbat iſt.

43. Da kam Joſeph von Arimathäa/ ein vornehmer Rathsherr/ welcher auch ſelbſt auf das Reich GOttes wartete/ und gieng kühnlich zu Pilato hinein/ und bat umb den Leib JEſu.

44. Pilatus aber verwunderte ſich/ daß er ſchon verſchiden wäre. Und er forderte den Hauptmann/ und fragete ihn ob er ſchon geſtorben wäre.

45. Und nachdem er es vom Haubtmann vernommen hatte/ ſchenckete er Joſeph den Leichnam.

46. Joſeph aber kauffe Leinwad/ und nam ihn ab/ und wickelte ihn in die Leinwad/ und legete ihn in ein Grab/ das auß einem Felſen außgebauen war/ und weltzete einen Stein vor die Thür deß Grabs.

47. Aber Maria Magdalena/ und Maria Joſeph ſahen zu/ wo er hingelegt wurde.

Das XVI. Capitel.

I. Magdalena/ und andere fromme Weiber/ da ſie Chriſti Leichnam wollen ſalben verſtehen vom Engel ſeine Aufferſtehung/ 1.

II. Chriſtus erſcheinet Magdalenä/ und den Jüngern/ ſo nach Emaus giengen/ 9.

III. Und den eylff Apoſteln/ die er außſendet in alle Welt/ zu predigen/ zu tauffen/ und die Lehr mit Zeichen zu beſtättigen/ 15.

IV. Fahret auf gen Himmel/ 19.

1. UNd da der Sabbat vergangen war/ kaufften Maria Magdalena/ und Maria Jacobi/ und Salome Specerey/ auf daß ſie kämen/ und JEſum ſalbeten.

2. Und ſie kamen am erſten Tag der Sabbaten zum Grab gar früh/ da die Sonn war aufgangen.

3. Und ſie ſprachen untereinander: Wer weltzet uns den Stein von deß Grabs Thür?

4. Und ſie ſahen dahin/ und wurden gewahr/ daß der Stein abgeweltzet war: dan er war ſehr groß.

5. Und da ſie zum Grab hinein giengen/ ſahen ſie einen Jüngling zur rechten Hand ſitzen/ der hatte ein lang weiſſes Kleyd an/ und ſie entſetzten ſich.

6. Er aber ſprach zu ihnen: entſetzt euch nit *a*: ihr

a förchtet. ſu-

a Matth. 27.55.

b Luc. 8.2.

c Matth. 27.57. Luc. 23.50. Joan. 19.38

d i. ſenator.

e ſc. non ſine periculo

f ſc. ut ſuo tempore ungerent.

† Dom. Resurrect.

a Matth. 28.1. Luc. 24.1. Joan. 20.1.

b veſpere.

c partis egreſſæ.

d Matth. 28.5. Luc. 24.4. Joan. 20.12

e angelum juvenili forma.

suchet JEsum von Nazareth / den Gecreutzigten: er ist auferstanden / und ist nit hie: Sihe / das Ort / da sie ihn hingelegt haben.

7. Gehet aber hin / und saget seinen Jüngern / und Petro / daß er vor euch hergehet in Galiläam: daselbst werdet ihr ihn sehen / wie er euch gesagt hat.

8. Sie aber giengen hinauß / und flohen vom Grab: dan es hatte sie ein Zittern und Zagen eingenommen: und sie sagten niemand etwas / dan sie förchteten sich.

II. 9. Als er aber deß Morgens früh / am ersten Tag der Wochen war auferstanden / erschine er erstlich der Mariä Magdalenä / von welcher er siben böse Geister außgetriben hatte.

10. Dieselbige gieng hin / und verkündigt es denen / welche mit ihm gewesen waren / die traurig waren / und weineten.

11. Da dise nun höreten / daß er lebte / und daß er von ihr wäre gesehen worden / glaubten sie es nit.

12. Hernach aber / als zween von ihnen / wandelten / offenbarete er sich ihnen in frembder Gestalt / da sie nach dem Flecken giengen:

13. Und dise giengen hin / und verkündigten es den andern: und sie glaubten ihnen auch nit.

14. Zu Letzt / da die Eylff zu Tisch sassen / erschine er ihnen: und verwise ihnen ihren Unglauben und ihres Hertzen Härtigkeit / daß sie denen nit geglaubet haben / welche ihn hatten gesehen / nachdem er auferstanden war.

III. 15. Und er sprach zu ihnen: Gehet hin in die gantze Welt / und prediget das Evangelium allen Creaturen.

16. Wer da glaubet / und getauffet wird / der wird seelig werden: wer aber nit glaubet / der wird verdammt werden.

17. Die Zeichen aber / welche denen folgen werden / die da glauben / seynd dise: in meinem Namen werden sie Teufel außtreiben: mit neuen Zungen reden:

18. Schlangen vertreiben: und wan sie etwas tödtlichs trincken / so wirds ihnen nit schaden: auf die Krancke werden sie die Händ legen / und es wird besser mit ihnen werden.

IV. 19. Und der HErr JEsus nachdem er mit ihnen geredt hatte / war er aufgenommen gen Himmel / und sitzet zu der rechten Hand GOttes.

20. Sie aber zohen auß / und predigten allenthalben / und der HErr würckte mit ihnen / und bekräfftigte das Wort mit folgenden Zeichen.

Jesum quæritis Nazarenum, crucifixum: surrexit, non est hîc, ecce locus ubi posuerunt eum.

7. Sed ite, dicite discipulis ejus, & Petro, quia præcedit vos in Galilæam: ibi eum videbitis, *f* sicut dixit vobis.*

8. At illæ exeuntes, fugerunt de monumento: invaserat enim eas tremor & pavor: & nemini *g* quidquam dixerunt: timebant enim.

II. 9. Surgens autem manè, *h* prima *l* sabbati, apparuit primò Mariæ Magdalenæ, de qua ejecerat septem dæmonia.

10. Illa vadens nuntiavit his, qui cum eo fuerant *m*, lugentibus & flentibus.

11. Et illi audientes quia viveret, & visus esset ab ea, non crediderunt.

12. *n* Post hæc autem duobus ex his ambulantibus ostensus est in alia effigie, euntibus in villam *o*:

13. & illi euntes nuntiaverunt cæteris: nec illis crediderunt *p*.

14. Novissimè † recumbentibus illis undecim apparuit: & exprobravit incredulitatem eorum & duritiam cordis: quia iis, qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt.

III. 15. Et dixit eis: Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creaturæ.

16. Qui crediderit *q*, & baptizatus fuerit, salvus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.

17. Signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur: *r* In nomine meo dæmonia ejicient: *s* linguis loquentur novis:

18. *t* serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: *u* super ægros manus imponent, & benè habebunt.

IV. 19. Et Dominus quidem Jesus postquam locutus est eis *x* assumptus est in cælum, & sedet à dextris *y* Dei.

20. Illi autem profecti prædicaverunt ubique Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus *z* signis.*

f Supr. 14. 28.
g sc. occurrentium in via.
h Joan. 20. 16.
l die hebdomadæ.
m sc. Apostolis.
n Luc. 24. 13.
o sc. Emaus.
p i. aliqui.
† In Ascensione Domini.
q sc. ut oportet.
r Actor. 16. 18.
s Actor. 2. 4. & 10. 46
t Actor. 28. 5.
u Actor. 28. 8.
x Luc. 24. 51.
y optimo & summo loco quà homo.
z Græcè, per subsequentia signa.

SANCTUM JESU CHRISTI EVANGELIUM Secundùm Lucam.

CAPUT I.

I. Zachariæ annuntiat Gabriel Joannis nativitatem ex Elisabeth sterili; 5.

II. Qui Angelo non credens, mutus efficitur: 20.

III. Item Gabriel Mariæ annuntiat nativitatem filii Dei: 26.

IV. Ad Mariæ salutationem Joannes exultat in utero, & Elisabeth prophetat, ipsaq; Maria canticum gratiarum actionis Domino decantat: 39.

V. In Ioannis circumcisione Zacharias pater, receptâ loquelâ, eucharisticum canticum edit. 57.

QUoniam quidem multi co-
nati sunt ordinare *a* narrati-
onem, quæ in nobis com-
pletæ sunt, rerum:
2. sicut tradiderunt nobis,
qui ab initio ipsi viderunt, &
ministri fuerunt sermonis *b*:
3. Visum est & mihi, assecuto om-
nia à principio diligenter, ex ordi-
ne tibi scribere, optime Theophile,
4. ut cognoscas eorum verborum, de
quibus eruditus *c* es, veritatem.
I. 5. † Fuit in diebus Herodis, regis Ju-
dææ, sacerdos quidam nomine Zacha-
rias *d* de vice Abia, & uxor illius de
filiabus Aaron, & nomen ejus Elisa-
beth.
6. Erant autem justi ambo ante Deum *e*,
incedentes in omnibus mandatis, & justi-
ficationibus Domini sine querela *f*,
7. & non erat illis filius, eò quòd esset
Elisabeth sterilis, & ambo processissent in
diebus suis.
8. Factum est autem, cùm sacerdotio fun-
geretur in ordine vicis suæ ante Deum,
9. secundùm consuetudinem sacerdo-
tii, sorte exiit ut incensum poneret, in-
gressus in templum Domini:
10. & *g* omnis multitudo populi erat
orans foris *i* horâ incensi.
11. Apparuit autem illi Angelus

a contexere.
b seu verbi Dei.
c Græcè, catechizatus.
† VIGIL. S. JOAN. BAPT.
d 1. *Par.* 24. 10.
e seu Deo approbante.
f inculpatè.
g *Exod.* 30. 7. *Lev.* 16. 17.
i In atrio.

Das Heil. Evangelium JESU CHRISTI / nach der Beschreibung Lucä.

Das I. Capitel.

I. Gabriel verkündigt dem alten Zachariä / daß sein unfruchtbares Weib / Elisabeth / Johannem den Tauffer gebähren werde/ 5.

II. Weil er aber solches nit glauben wolte wird er / biß zu Erfüllung gemelter Dingen / mit der Stummheit geschlagen/ 20.

III. Eben diser Engel verkündigt der Jungfrauen Mariä / daß sie den Meßiam gebähren solte / 26.

IV. Darauf Maria Elisabeth besucht / und ihr in die drey Monat aufwartet / 39.

V. Elisabeth gebährt Johannem / und Zacharias der Vatter bekommt wider die Sprach / 57.

DJeweil sich zwar vil unterstanden ha
ben / die Erzehlung deren Dingen /
welche unter uns vollzogen seynd/ in
Ordnung zu bringen:
2 Wie es uns die jenige übergeben
haben/ die es von Anfang selbst ha-
ben gesehen/ und Diener deß Worts gewesen seynd:
3. So hab ich auch für gut angesehen/ dieweil ich
alles von Anfang fleißig erkundiget hab/ dir solches
ordentlich zu schreiben / mein frommer Theophile:
4. Auf daß du die Warheit erkennest derselbigen
Wort/ von welchen du bist unterrichtet worden.
I. 5. In den Tagen Herodis / deß Königs im Jü-
dischen Land/ war ein Priester/ mit Namen Zacha
rias/ von der Ordnung Abia / und sein Weib war
von den Töchtern Aaron/ und ihr Nam war Elisa-
beth.
6. Sie waren aber beyde gerecht / vor GOtt /
und wandelten in allen Gebotten und Satzungen
deß HErrn unsträfflich:
7. Und sie hatten kein Kind/ dieweil Elisabeth un-
fruchtbar war/ und sie auch beyde zu ihren Tagen
kommen waren.
8. Es begab sich aber / als er das Priesterthumb
in der Ordnung seines Loß vor GOtt verwaltete/
9. Und nach Gewonheit desselbigen Priester-
thumbs fiel das Loß auf ihn/ das Rauchwerck auf-
zulegen/ daß er in den Tempel deß HErrn gieng:
10. Und die gantze Schar deß Volcks war da-
raussen u. bettete um die Stund deß Rauchopffers.
11. Es erschine ihm aber der Engel deß HErrn/

der

der auf der rechten Seiten deß Altars stund/ darauf das Rauchopffer geschahe.

12. Und Zacharias erschrack/ als er ihn sahe/ und es überfiel ihn eine Forcht.

13. Der Engel aber sprach zu ihm: förchte dir nit Zacharia / dan dein Gebett ist erhöret: und dein Weib Elisabeth wird dir einen Sohn gebähren/ und du solst seinen Namen Johannes nennen:

14. Du wirst Freud und Wonn haben / und vil werden sich in seiner Geburt erfreuen:

15. Dan er wird groß seyn vor dem HErrn: Wein/ und starck Getränck wird er nit trincken / und er wird noch in seiner Mutter Leib mit dem heiligen Geist erfüllet werden:

16. Und er wird vil Kinder Israel zum HErrn ihrem GOtt bekehren:

17. Und er wird vor ihm hergehen im Geist/ und in der Krafft Eliä: damit er die Hertzen der Väter zu den Kindern bekehre / und die Unglaubige zu der Weißheit der Gerechten / ein vollkommenes Volck dem HErrn zubereiten.

18. Und Zacharias sprach zu dem Engel: woher soll ich das wissen? dan ich bin alt / und mein Weib ist zu ihren Tagen kommen.

19. Und der Engel antwortete / und sprach zu ihm: ich bin Gabriel / der ich vor GOtt stehe: und bin außgesandt/ mit dir zu reden / und dir dise gute Bottschafft zu bringen.

II. 20. Und sihe/ du wirst sprachloß seyn/ und wirst nit reden können/ biß auf den Tag/ an welchem diß geschehen wird: darumb daß du meinen Worten nit geglaubet hast / welche zu seiner Zeit sollen erfüllet werden.

21. Und das Volck wartete auf Zachariam: und sie verwunderten sich / daß er so lang im Tempel verzohe.

22. Als er aber hinauß gieng/ kunte er mit ihnen nit reden / und sie merckten / daß er ein Gesicht im Tempel gesehen hatte. Und er winckte ihnen/ und blibe stumm.

23. Und es begab sich als die Tag seines Ambts erfüllet waren / gieng er heim in sein Hauß:

24. Nach disen Tagen aber war sein Weib Elisabeth schwanger / und sie verbarge sich fünff Monat lang / und sprach:

25. Also hat mir der HErr gethan/ in den Tagen / da er mich angesehen hat / meine Schmach unter den Menschen von mir zu nehmen.

III. 26. Aber im sechsten Monat war der Engel Gabriel von GOtt gesandt in eine Stadt in Galiläa / welche Nazareth genannt wird/

Domini, stans à dextris altaris incensi.

12. Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum.

13. Ait autem ad illum Angelus: Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua *m*: & uxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem:

14. & erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in nativitate ejus gaudebunt:

15. erit enim magnus coram Domino *n*: & vinum, & siceram non bibet, & Spiritu sancto replebitur adhuc ex utero matris suæ:

16. & multos filiorum Israël convertet ad Dominum Deum ipsorum:

17. & ipse præcedet ante illum *o* in spiritu, & virtute Eliæ: *p* ut convertat corda patrum in filios *q*, & incredulos ad prudentiam justorum, parare Domino plebem perfectam.*

18. Et dixit Zacharias ad Angelum: Unde hoc sciam? ego enim sum senex, & uxor mea processit in diebus suis.

19. Et respondens Angelus dixit ei: Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum: & missus sum loqui ad te, & hæc tibi evangelizare.

II. 20. Et ecce eris tacens *r*, & non poteris loqui usque in diem, quo hæc fiant, pro eo quòd non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo.

21. Et erat plebs expectans Zachariam: & mirabantur quòd tardaret ipse in templo.

22. Egressus autem non poterat loqui ad illos, & cognoverunt quòd visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis, & permansit mutus.

23. Et factum est, ut impleti sunt dies officii ejus, abiit in domum suam *s*.

24. post hos autem dies concepit Elisabeth uxor ejus, & occultabat se mensibus quinque dicens *t*:

25. Quia sic fecit mihi Dominus in diebus, quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines.

III. 26. In mense autem sexto, † missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth,

m pro salute populi vel Messiæ adventu.

n Dei judicio.

o Christum.

p *Mal.* 4.6. *Matth.* 11. 14.

q ut habeant hi corda & mentes sanctorum Patrum.

r mutus, & surdus quoque quia innuebant ei infrà v. 62.

s sc. tempore officii habitabant sacerdotes prope templum in domunculis ad id destinatis.

t læta & Deo gratias agens.

† In Annunt. B. Virg.

27. ad virginem deſponſatam viro, cui nomen erat Joſeph, de domo David, & nomen virginis Maria.

28. Et ingreſſus Angelus ad eam dixit: Ave gratia plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus.

29. Quæ cùm audiſſet, turbata eſt in ſermone ejus, & cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.

30. Et ait Angelus ei: Ne timeas Maria, inveniſti enim gratiam apud Deum:

u Iſaiæ 7. 14.
x Infr. 2. 21.

31. *u* ecce concipies in utero, & paries filium, & *x* vocabis nomen ejus JESUM.

y Deus ipſe.

32. Hic erit magnus *y* & Filius Altiſſimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus ſedem David Patris ejus: *z* & regnabit in domo *a* Jacob in æternum,

z Dan. 7. 14. & 27 *Mich.* 4. 7
a ſpirituali.

33. & regni ejus non erit finis.

34. Dixit autem Maria ad Angelum: Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco *b*?

b vovi caſtitatem.

35. Et reſpondens Angelus dixit ei: Spiritus ſanctus ſuperveniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod naſcetur ex te *c* Sanctum, vocabitur Filius Dei.

c tua ſubſtantia.

36. Et ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua: & hic menſis ſextus eſt illi, quæ vocatur ſterilis:

37. quia non erit impoſſibile apud Deum omne verbum.

38. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* Et diſceſſit ab illa Angelus.

† In Festo Visitationis.

IV. 39. † Exurgens autem Maria in diebus illis abiit in montana cum feſtinatione *d*, in civitatem Juda *e*:

d acta, & mora à Spiritu ſancto.
e ſic civitas dicebatur.

40. Et intravit in domum Zachariæ, & ſalutavit Eliſabeth:

41. Et factum eſt, ut audivit ſalutationem Mariæ Eliſabeth, exultavit *f* infans in utero ejus: & repleta eſt *g* Spiritu ſancto Eliſabeth:

f exultatione pia ob præſentiam Chriſti.
g & plenè inſtructa.

42. & exclamavit voce magna: & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.

43. Et unde hoc mihi ut veniat mater Domini mei ad me?

44. Ecce enim ut facta eſt vox ſaluta-

27. Zu einer Jungfrauen / die einem Mann vermählet war / deſſen Nam war Joſeph / vom Hauß David / und der Jungfrauen Nam war Maria.

28. Und der Engel gieng zu ihr hinein / u. ſprach. Gegrüſſet ſeyſtu / voller Gnaden: der HErr iſt mit dir: Du biſt gebenedeyet unter den Weibern.

29. Da ſie das hörete / erſchracke ſie ab ſeiner Red / und gedachte / was diß für ein Gruß wäre.

30. Und der Engel ſprach zu ihr: Förchte dir nit Maria / dan du haſt Gnad gefunden bey GOtt:

31. Sihe du wirſt empfangen in deinem Leib / und wirſt einen Sohn gebähren / und du ſolſt ſeinen Namen heiſſen JESUS.

32. Diſer wird groß ſeyn / und ein Sohn deß Allerhöchſten genannt werden / und GOtt der HErr wird ihm geben den Stul ſeines Vatters Davids: und er wird im Hauß Jacobs herrſchen ewiglich /

33. Und ſeines Reichs wird kein End ſeyn.

34. Maria aber ſprach zu dem Engel: Wie ſol das zugehen / dieweil ich keinen Mann erkenne?

35. Und der Engel antwortete / und ſprach zu ihr: Der Heil. Geiſt wird über dich kommen / und die Krafft deß Allerhöchſten wird dich überſchatten. Darum auch das Heilige / das aus dir ſoll gebohren werden / wird GOttes Sohn genennet werden.

36. Und ſihe Eliſabeth deine Verwandtin / dieſelbige hat auch einen Sohn empfangen in ihrem Alter: und iſt diß der ſechſte Monat dern / ſo unfruchtbar genannt wird:

37. Dan bey GOTT wird kein Ding unmöglich ſeyn.

38. Maria aber ſprach: Sihe / ich bin eine Dienerin deß HErrn / mir geſchehe nach deinem Wort. Und der Engel ſchid von ihr.

IV. 39. Aber Maria ſtund auf in denſelbigen Tagen / und gieng eylends auf das Gebirg / in die Stadt Juda:

40. Und tratt in das Hauß Zachariä / und grüſſete Eliſabeth.

41. Und es begab ſich / als Eliſabeth den Gruß Mariä hörete / ſprung das Kind mit Freuden auf in ihrem Leib: und Eliſabeth ward vom heiligen Geiſt erfüllet.

42. Und ſie rieff mit lauter Stimm / und ſprach: Gebenedeyet biſt du unter den Weibern / und gebenedeyet iſt die Frucht deines Leibs.

43. Und woher kommt mir das / daß die Mutter meines HErrn zu mir kommt?

44. Dan ſihe / ſo bald die Stimm deines Gruſ-

ses in meinen Ohren erschollen ist / sprung das Kind mit Freuden auf in meinem Leib.

45. Und seelig bist du/ die du geglaubt hast/ dan es wird vollbracht werden/ was zu dir vom HErrn ist gesagt worden.

46. Und Maria sprach:
Mein Seel macht groß den HErrn:

47. Und mein Geist frolocket in GOTT meinem Heyland.

48. Dan er hat die Demuth seiner Magd angesehen: dan sihe/ von nun an werden mich seelig sprechen alle Geschlecht.

49. Dan er hat grosse Ding an mir gethan / der da mächtig ist/ und sein Nam ist heilig.

50. Und seine Barmhertzigkeit wehret von einem Geschlecht ins ander/ bey denen/ die ihn förchtē.

51. Er hat Gewalt erzeigt mit seinem Arm/ und hat zerstreuet/ die hoffärtig seynd in ihres Hertzen Gemüth.

52. Die Gewaltige hat er vom Stul abgesetzt / und die Demüthige erhöhet.

53. Die Hungerige hat er mit Gütern erfüllet: und hat die Reiche lähr gelassen.

54. Er hat aufgenommen seinen Diener Israel / und ist seiner Barmhertzigkeit eingedenck gewesen.

55. Wie er geredt hat zu unsern Vättern / dem Abraham/ und seinem Saamen ewiglich.

56. Und Maria blibe bey ihr zu drey Monat: darnach kehrete sie widerumb in ihr Hauß.

V. 57. Aber Elisabeth ward ihre Zeit erfüllet / daß sie gebähren solte/ und sie gebahr einen Sohn.

58. Und ihre Nachbarn und Verwandte höreten/ daß der HErr grosse Barmhertzigkeit an ihr gethan hatte/ und erfreueten sich mit ihr.

59. Und es begab sich am achten Tag/ daß sie kamen das Kindlein zu beschneiden/ und heißten es mit dem Namen seines Vatters Zacharias.

60. Und sein Mutter antwortet/ u. sprach: Mit nichten/ sondern er soll Johannes genannt werden.

61. Und sie sprachen zu ihr: Es ist doch niemand in deiner Verwandtschafft/ der also heisse.

62. Sie wuncken aber seinem Vatter / wie er ihn wolte heissen lassen.

63. Und er forderte ein Schreibtäflein/ schribe/ und sprach: Johannes ist sein Nam. Und sie verwunderten sich alle.

64. Aber sein Mund / und seine Zung ward alsbald aufgethan / und er redte / und prise GOtt.

65. Und es kam eine Forcht über alle ihre Nach-

tionis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo.

45. Et beata, quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino *h*. — *h* potest jungi cum utroque verbo.

46. Et ait Maria:
Magnificat anima mea Dominum:

47. Et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo *l*.* — *l* Salvatore.

48. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc *m* beatam me dicent omnes generationes. — *m* tempore, vel potius ob hoc Salutare.

49. Quia fecit mihi magna qui potens est: & sanctum nomen ejus.

50. Et misericordia ejus à progenie in progenies timentibus eum.

51. Fecit potentiam in *n* brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. — *n* Isai. 51. 9 Psalm. 32. 10.

52. Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles.

6. Hæc cùm dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & linivit lutum super oculos ejus,

7. & dixit ei: Vade, lava in natatoria Siloë (quod interpretatur Missus.) Abiit ergo, & lavit, & venit videns.

8. Itaque vicini, & qui viderant eum priùs quia mendicus erat, dicebant: Nónne hic est, qui sedebat, & mendicabat? Alii dicebant: Quia hic est.

9. Alii autem: Nequaquam, sed similis est ei. Ille verò dicebat: Quia ego sum.

II. 10. Dicebant ergo ei: Quomodo aperti sunt tibi oculi?

11. Respondit: Ille homo, qui dicitur Jesus, lutum fecit: & unxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoria Siloë, & lava. Et abii, lavi, & video.

12. Et dixerunt ei: Ubi est ille? Ait: Nescio.

13. Adducunt eum ad Pharisæos, qui cæcus fuerat.

---

a sc. ab æterno.

† FERIA 4. POST DOM. 3. QUADR.

a attentè aspexit.

b ideò.

c Christi, quia ipse Deus est.

d ab eo præcepta.

e tempus vitæ.

f mortis.

g meritoriè &c.

14. Erat autem sabbatum, quando lutum fecit Jesus, & aperuit oculos ejus.

15. Iterum ergo interrogabant eum Pharisæi quomodo vidisset *h*. Ille autem dixit eis: Lutum mihi posuit super oculos, & lavi, & video.

h i. visum recepisset.

16. Dicebant ergo ex Pharisæis quidã: Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Alii autem dicebant: Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos.

17. Dicunt ergo cæco iterum: Tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit: Quia propheta *l* est.

l q. d. vir sanctus, à Deo missus.

18. Non crediderunt ergo Judæi de illo, quia cæcus fuisset, & vidisset, donec vocaverunt parentes ejus, qui viderat:

19. & interrogaverunt eos, dicentes: Hic est filius vester, quem vos dicitis quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt?

20. Responderunt eis parentes ejus, & dixerunt: Scimus quia hic est Filius noster, & quia cæcus natus est:

21. quomodo autem nunc videat, nescimus: aut quis ejus aperuit oculos, nos nescimus: ipsum interrogate: ætatem habet, ipse de se loquatur.

22. Hæc dixerunt parentes ejus, quoniam timebant Judæos: jam enim conspiraverant Judæi, ut si quis eum confiteretur esse Christũ, extra synagogam fieret *m*.

m ejiceretur, ut excommunicatus.

23. Propterea parentes ejus dixerunt: Quia ætatem habet, ipsum interrogate.

24. Vocaverunt ergo rursum hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei: Da gloriam Deo *n*: Nos scimus quia hic homo peccator est.

n q. d. obtestamur te, dic veritatem. *Jos. 7.*

25. Dixit ergo eis ille: Si peccator est, nescio: unum scio, quia cæcus cùm essem, modò video.

26. Dixerunt ergo illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos?

27. Respondit eis: Dixi vobis jam, & audistis: quid iterum vultis audire? numquid & vos vultis discipuli ejus fieri?

28. Maledixerunt ergo ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis, nos autem Moysi discipuli sumus.

14. Es war aber der Sabbat / da JEsus das Kot machte/und seine Augen aufthäte.

15. Da fragten ihn abermal die Phariseer/ wie er sehend wäre worden? Er aber sprach zu ihnen: Er legte mir Kot auf die Augen / und ich wusche mich/ und hab nun mein Gesicht.

16. Da sprachen etliche von den Phariseern: Diser Mensch ist nit von GOtt / der den Sabbat nit hält. Andere aber sprachen: Wie kan ein sündiger Mensch dise Zeichen thun? Und es war eine Zwitracht unter ihnen.

17. Da sprachen sie abermal zu dem Blinden: was sagestu von demselbigen/der deine Augen aufgethan hat: Er aber sprach: Er ist ein Prophet.

18. Und die Juden glaubeten nit von ihm / daß er blind gewesen / und sehend worden / biß daß sie den Eltern deß jenigen rieffen / der sehend worden.

19. Und sie fragten dieselbige / und sprachen: Ist diser euer Sohn / von welchem ihr saget / daß er blind geboren sey? Wie hat er dan nun sein Gesicht?

20. Seine Eltern antworteten ihnen/und sprachen: Wir wissen / daß diser unser Sohn ist / und daß er blind geboren ist:

21. Wie er aber jetzt sehend ist / das wissen wir nit: oder wer ihm seine Augen aufgethan habe/ das wissen wir auch nit: Fraget ihn selbst: Er hat sein Alter: Lasset ihn für sich selbst reden.

22. Diß sagten seine Eltern/ dieweil sie sich förchteten vor den Juden: dan die Juden hatten sich schon miteinander vereiniget / daß / so ihn jemand für Christum bekennete / derselbig auß der Synagog solte gestossen werden.

23. Darum sprachen seine Eltern: Er hat sein Alter/ fraget ihn selbst.

24. Also rieffen sie dem Menschen abermal/ der blind gewesen war / und sprachen zu ihm: Gib GOtt die Ehr. Wir wissen / daß diser Mensch ein Sünder ist.

25. Da sprach er zu ihnen: Ist er ein Sünder/ das weiß ich nit: eins weiß ich wol / daß ich blind gewesen bin/ und habe jetzt mein Gesicht.

26. Da sprachen sie zu ihm: Was hat er dir gethan? Wie hat er dir die Augen eröffnet?

27. Er antwortet ihnen: Ich habs euch schon gesagt / und ihr habs gehöret: warum wollet ihrs abermal hören? wollet ihr auch seine Jünger werdẽ?

28. Da fluchten sie ihm / und sprachen: Sey du sein Jünger: wir aber seynd Moysis Jünger.

29. Wir wissen / daß GOtt mit Moyse geredet hat: woher aber diser sey / das wissen wir nit.

30. Der Mensch antwortet ihnen und sprach: Diß ist fürwahr ein wunderliches Ding / daß ihr nit wisset / woher er sey / und er hat dannoch meine Augen aufgethan:

III. 31. Wir wissen aber / daß GOtt die Sünder nit erhöret / sondern so jemand GOtt dienet / und seinen Willen thut / denselbigen erhöret er.

32. Es ist von Anfang der Welt nit gehöret / daß jemand einem gebornen Blinden die Augen aufgethan habe.

33. Wan diser nit von GOtt wäre / so könte er nichts thun.

34. Sie antworteten und sprachen zu ihm: Du bist gantz in Sünden geboren / und du lehrest uns? und sie stiessen ihn hinauß.

35. Da hörte JEsus / daß sie ihn hinauß gestossen hätten: Als er ihn nun fand / sprach er zu ihm: Glaubest du an den Sohn GOttes?

36. Er antwortet / und sprach / HErr / wer ist er / damit ich an ihn glaube?

37. Und JEsus sprach zu ihm: Du hast ihn gesehen / und der mit dir redet / der ists.

38. Er aber sprach: HErr / ich glaube. Und er fiel nider / und betete ihn an.

39. Und JEsus sprach: Ich bin zum Gericht in dise Welt kommen / damit die Blinde sehend / und die Sehende blind werden.

40. Solches höreten etliche von den Phariseern / die bey ihm waren / und sprachen zu ihm: Seynd wir dan auch blind?

41. JEsus sprach zu ihnen: Wan ihr blind wäret / so hättet ihr keine Sünd. Nun aber sprechet ihr: Wir sehen: darum bleibet euere Sünd.

Das X. Capitel.

I. JEsus predigt durch die Gleichnuß der Schaaf / deß guten Hirtens und Miedlings / 1.

II. Die Juden fragen Christum / ob er Messias sey / 22.

III. Welcher ihnen sagt: Ja / er seys / 25.

IV. Darüber sie ihn wollen steinigen / 31.

1. WArlich / warlich sag ich euch / wer nit durch die Thür zum Schaaf-Stall hinein gehet / sondern anderswo her hinein steiget / der ist ein Dieb / und ein Mörder.

2. Wer aber durch die Thür hinein gehet / der ist ein Hirt der Schaafen.

3. Demselbigen thut der Thürhüter auf / und die Schaaf hören seine Stimm / und er rufft seinen eigenen Schaafen mit Namen / und führet sie auß:

29. Nos scimus quia Moysi locutus est Deus: Hunc autem nescimus unde sit.

30. Respondit ille homo, & dixit eis: In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis unde sit, & aperuit meos oculos:

III. 31. scimus autem quia peccatores *o* Deus non audit *p*: sed si quis Dei cultor est, & voluntatem ejus facit, hunc exaudit.

o in peccato perseverantes. *p* ut per eos talia faciat miracula.

32. A seculo non est auditum quia quis aperuit oculos cæci nati.

33. Nisi esset hic à Deo, non poterat *q* facere quidquam *r*.

q non posset. *r* tale.

34. Responderunt, & dixerunt ei: In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et ejecerunt eum foras *s*.

s extra locum, seu synagogam.

35. Audivit Jesus quia ejecerunt eum foras: & cùm invenisset eum, dixit ei: Tu credis in Filium Dei?

36. Respondit ille, & dixit: Quis est, Domine, ut credam in eum?

37. Et dixit ei Jesus: Et vidisti eum, & qui loquitur tecum, ipse est.

38. At ille ait: Credo Domine. Et procidens adoravit eum.*

39. Et dixit Jesus: In judicium *t* ego in hunc mundum veni: ut qui non vident *u* videant, & qui vident cæci fiant *x*.

t inscrutabile. *u* lucem divinam. *x* ob suam superbiam & malitiam.

40. Et audierunt quidam ex Pharisæis, qui cum ipso erant, & dixerunt ei: Numquid & nos cæci sumus?

41. Dixit eis Jesus: Si cæci essetis, non haberetis peccatum. Nunc verò dicitis: Quia videmus. Peccatum vestrum manet.

CAPUT X.

I. Dicit se ostium ovium & bonum pastorem, qui faciat unum ovile, & animam suam ponat pro ovibus: 1.

II. Interrogatus à Judæis, an ipse sit Christus, 22.

III. Affirmat: 25.

IV. Hinc Judæi ipsum lapidare volunt, quia se dicebat esse Filium Dei. 31.

1. AMen † amen dico vobis: qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur *a* est, & latro *b*.

† Feria 3. Post Pentec. *a* clam accipiens. *b* occidens & persequens.

2. Qui autem intrat per ostium, pastor est ovium.

3. Huic ostiarius aperit, & oves vocem ejus audiunt, & proprias oves vocat nominatim, & educit eas.

4. Et cùm proprias oves emiserit, ante eas vadit: & oves illum sequuntur, quia sciunt vocem ejus.

5. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non noverunt vocem alienorum.

6. Hoc proverbium *c* dixit eis Jesus. Illi autem non cognoverunt quid loqueretur eis.

7. Dixit ergo eis iterum Jesus: Amen, amen dico vobis, quia ego sum ostium ovium *d*.

8. Omnes quotquot venerunt, fures sunt, & latrones, & non audierunt eos oves.

9. Ego sum ostium. Per me si quis introierit, salvabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inveniet *e*.

10. Fur non venit nisi ut furetur, & mactet, & perdat. Ego veni ut vitam habeant, & abundantiùs habeant. *

11. † Ego sum pastor *f* bonus. *g* Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis.

12. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oves:

13. mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum *h* de ovibus.

14. Ego sum pastor bonus: & cognosco meas, & cognoscunt me meæ.

15. *l* Sicut novit me Pater, & ego agnosco Patrem *m*: & animam meam pono pro ovibus meis.

16. Et alias oves *n* habeo, quæ non sunt ex hoc ovili *o*: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ovile *p*, & unus pastor. *

17. Propterea me diligit Pater: *q* quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam.

18. Nemo tollit eam à me *r*: sed ego pono eam à meipso *s*, & potestatem habeo ponendi eam: & potestatem habeo iterum sumendi eam: Hoc mandatum *t* accepi à Patre meo.

19. Dissensio iterum facta est inter Judæos propter sermones hos.

20. Dicebant autem multi ex ipsis: Dæmoniũ habet, & insanit: quid eum auditis?

c seu occultam sententiam.
d per quod intrant in Ecclesiam & cælum.
e ubique
† Dom. 2. Post. Pasch.
f Græcè, ille pastor bonus, sc de quo prophetæ.
g *Isaiæ* 40. 11. *Ezech.* 34. 23. & 37. 24.
h id est, non curat.
l *Matth.* 11. 27. *Luc.* 10. 22.
m cum amore.
n Gentiles.
o Israel.
p Grex & Ecclesia.
q *Isaiæ* 53. 7.
r ab invito.
s ultrò.
t ponendi animam pro ovibus.

4. Und wan er seine eigene Schaaf außgelassen hat/ so gehet er vor ihnen her: und die Schaaf folgen ihm nach/ dan sie kennen seine Stimm.

5. Einem Frembden aber folgen sie nit nach/ sondern fliehen von ihm: dan sie kennen die Stimm der Frembden nit.

6. Disen Spruch sagte JEsus zu ihnen: Aber sie verstunden nit/ was er zu ihnen redete.

7. Derowegen sprach JEsus abermal zu ihnen: Warlich/ warlich sag ich euch: Ich bin die Thür der Schaafen.

8. Alle die bißher kommen seynd/ seynd Dieb und Mörder/ und die Schaaf haben sie nit gehöret.

9. Ich bin die Thür: So jemand durch mich hinein gehen wird/ der wird seelig werden: und er wird eingehen und außgehen/ und wird Weid finden.

10. Ein Dieb kom̃t nit dan daß er stehle/ und würge/ und verderbe. Ich bin kommen/ daß sie das Leben haben/ und überflüssiger haben sollen.

11. Ich bin der gute Hirt. Der gute Hirt gibt seine Seel für seine Schaaf.

12. Ein Miedling aber/ und der nit ein Hirt ist/ dessen die Schaaf nit eigen seynd/ sihet den Wolff kommen/ und verlasset die Schaaf/ und fliehet: und der Wolff ergreiffet/ und zerstreuet die Schaaf.

13. Der Miedling aber fliehet/ dan er ist ein Miedling/ und die Schaaf gehen ihn nit an.

14. Ich bin der gute Hirt/ und ich erkenne meine Schaaf/ und die Meine erkennen mich:

15. Wie mich der Vatter erkennet/ und ich erkenne den Vatter: und ich gebe mein Seel für meine Schaaf.

16. Und ich hab noch andere Schaaf/ die seynd nit auß disem Schaaf-Stall: dieselbige muß ich auch herzu führen/ u. sie werden meine Stim̃ hören/ u. es wird ein *a* Schaaf-Stall u. ein Hirt werden.

17. Darum hat mich der Vatter lieb/ daß ich meine Seel dargibe/ auf daß ich sie widerum zu mir nehme.

18. Niemand nimmt sie von mir/ sondern ich gebe sie von mir selbst dar/ und ich hab Macht sie darzugeben: und hab Macht/ sie widerum zu nemmen. Diß Gebot hab ich von meinem Vatter empfangen.

19. Da ward abermal eine Zwitracht unter den Juden/ um diser Red willen.

20. Vil aber unter ihnen sprachen: Er hat den Teufel und ist unsinnig: Warum höret ihr ihn?

a Heerd/ oder Kirch.

21. Am-

21. Andere sprachen: Diß seynd nit eines Menschen Wort/der den Teufel hat: kan der Teufel auch die Augen der Blinden aufthun?
II. 22. Es war aber Kirchweyh zu Jerusalem: und war Winter.
23. Und JEsus wandelte im Tempel in der Schupff Salomonis.
24. Da umgaben ihn die Juden / und sprachen zu ihm: Wie lang haltest du unsere Seelen auf? Bist du Christus/ so sage es uns offentlich?
III. 25. JEsus antwortet ihnen: Ich sage es euch / und ihr glaubets nit. Die Werck / die ich thue im Namen meines Vatters / dieselbige geben Zeugnuß von mir:
26. Aber ihr glaubet nit / dan ihr seyd nit von meinen Schaafen.
27. Meine Schaaf hören meine Stimm / und ich erkenne sie/ und sie folgen mir nach.
28. Und ich gibe ihnen das ewige Leben: und sie werden in Ewigkeit nit verloren werden: und niemand wird sie auß meiner Hand reissen.
29. Was mir mein Vatter gegeben hat / das ist grösser / dann alles: und niemand kan es auß meines Vatters Hand reissen.
30. Ich und der Vatter seynd eins.
IV. 31. Da huben die Juden Stein auf / daß sie ihn steinigten.
32. Und JEsus antwortet ihnen: Ich hab euch vil gute Werck von meinem Vatter erzeiget: um welches willen auß denselbigen steiniget ihr mich?
33. Die Juden antworten ihm: Wir steinigen dich nit wegen eines guten Wercks: sondern um der Gottslästerung Willen: und daß du dich selbst zu GOtt machest/ da du doch ein Mensch bist.
34. JEsus antwortet ihnen: Stehet nit geschriben in eurem Gesatz: Ich hab gesagt: Ihr seyd Götter?
35. So er die jenige hat Götter genent/ zu welchen GOttes Wort geschehen ist: und die Schrifft kan nit aufgelöset werden:
36. Wie saget ihr dan zu dem / den der Vatter geheiliget / und in die Welt gesandt hat: Du lästerst GOtt / darum daß ich gesagt habe: Ich bin GOttes Sohn?
37. Thue ich nit die Werck meines Vatters/ so glaubet mir nit.
38. Thue ich sie aber / und wollet ihr mir nit glauben / so glaubet den Wercken: damit ihr erkennet und glaubet / daß der Vatter in mir ist / und ich im Vatter.
39. Da suchten sie ihn abermal zu greiffen: aber er entgieng ihnen auß ihren Händen.

21. Alii dicebant: Hæc verba non sunt dæmonium habentis: numquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire?
II. 22. *a* † facta sunt autem Encœnia in Jerosolymis: & hyems erat. *a* 1. *Mach.* 4 56 & 59.
23. Et ambulabat Jesus in templo, in porticu Salomonis. † Feria 4. Post Domin. Pass.
24 Circumdederunt ergo eum Judæi, & dicebant ei: Quousque animam nostram tollis? si tu es Christus, dic nobis palá.
III. 25. Respondit eis Jesus: Loquor vobis, & non creditis. Opera, quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me:
26. sed vos non creditis, quia non estis ex ovibus meis *x*. *x* electis.
27. Oves meæ vocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me:
28 & ego vitam æternam *y* do eis: & non peribunt in æternum, & non rapiet eas quisquam de manu mea. *y* gratiam & gloriam.
29. Pater meus quod dedit mihi *z*, majus omnibus est: & nemo potest rapere de manu Patris mei. * *z* eandem cum ipso essentiam.
30. Ego, & Pater unum *a* sumus *b*. *a* unitate essentiæ.
IV. 31. Sustulerunt ergo lapides Judæi, ut lapidarent eum. *b* distincti quoad personas.
32. Respondit eis Jesus: Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo *c*, propter quod eorum opus me lapidatis? *c* ex Patris nomine & auctoritate.
33. Responderunt ei Judæi: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia: & quia tu homo cùm sis, facis te ipsum Deum.
34. Respondit eis Jesus: Nonne scriptum est in lege vestra: *d* quia ego dixi, dii estis? *d* *Psalm.* 81. 6.
35. Si illos dixit *e* deos, ad quos sermo Dei factus est, & non potest solvi *f* Scriptura: *e* scriptura. *f* irrita esse.
36. quem Pater sanctificavit *g*, & misit in mundum, vos dicitis: Quia blasphemas: quia dixi, Filius DEI sum? *g* singulariter.
37. Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi.
38. Si autem facio: & si mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis, & credatis quia Pater in me est, & ego in Patre. *
39. Quærebant ergo eum apprehendere: & exivit *h* de manibus eorum. *h* se invisibilem faciens. *Sa.*

40. Et

40. Et abiit iterum trans Jordanem in eum locum, ubi erat Joannes baptizans primùm: & mansit illic.

41. Et multi venerunt ad eum, & dicebant: Quia Joannes quidem signum fecit nullum.

42. Omnia autem quæcumque dixit Joannes de hoc, vera erant. Et multi crediderunt in eum.

CAPUT XI.

I. Lazarus moritur, 1.
II. JEsus eum resuscitat. 38.

II. Cùm multi in Christum crederent, Pontifices & Pharisæi inito consilio statuunt eum occidere, Caiphâ prophetante oportere Jesum mori, ne totus populus periret. 47.

† Feria 6. Post Dom. 4. Quadr.

1. ERat † autem quidam languens Lazarus à Bethania, de castello Mariæ, & Marthæ sororis ejus.

2. (Maria autem erat, *a* quæ unxit Dominum unguento, & extersit pedes ejus capillis suis: cujus frater Lazarus infirmabatur)

a Matth. 26. 7. Luc. 7. 73. Infr. 12. 3.

3. Miserunt ergo sorores ejus ad eum dicentes: Domine, ecce quem amas infirmatur.

4. Audiens autem Jesus dixit eis: Infirmitas hæc non est ad mortem *b*, sed pro gloria Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam.

b sc. stabilem.

5. Diligebat autem JEsus Martham, & sororem ejus Mariam, & Lazarum.

6. Ut ergo audivit quia infirmabatur, tunc quidem mansit in eodem loco duobus diebus.

7. Deinde post hæc dixit discipulis suis: Eamus in Judæam iterum.

8. Dicunt ei Discipuli: Rabbi, nunc quærebant te Judæi lapidare, & iterum vadis illuc?

9. Respondit JEsus: Nonne duodecim sunt horæ *c* diei? Si quis ambulaverit in die *d*, non offendit, quia lucem hujus mundi videt:

10. si autem ambulaverit in nocte *e*, offendit, quia lux non est in eo.

c in queis singulis possunt mutari homines. *d* i. luce mea. *e* extra meam lucem.

11. Hæc ait, & post hæc dixit eis: Lazarus amicus noster dormit: sed vado ut à somno excitem eum.

12. Dixerunt ergo discipuli ejus: Domine, si dormit, salvus erit.

13. Dixerat autem Jesus de morte

---

40. Und er zoge abermal jenseit deß Jordans/ an das Ort/ da Johannes erstlich getauffet hatte/ und hielt sich daselbst auf:

41. Und vil kamen zu ihm/ und sprachen: Johannes hat zwar kein Zeichen gethan.

42. Aber alles/ was Johannes von disem gesagt hat/ das ist wahr: und es glaubeten vil an ihn.

Das XI. Capitel.

I. Lazarus wird kranck/ und stirbt/ 1.
II. JEsus kommt nach Bethania/ und weckt ihn wieder von Todten auf/ 38.
III. Darüber versammlen sich die Juden mit Caipha/ und halten Rath/ wie sie JEsum mögen umbringen/ 47.

1. ES lag aber einer kranck mit Namen Lazarus von Bethania/ dem Flecken Mariä und Marthä ihrer Schwester.

2. (Maria aber war die jenige/ die den HErrn mit Salben gesalbet/ und seine Füß mit ihren Haaren getrucknet hat: derselbigen Bruder Lazarus lag kranck.)

3. Derowegen sandten seine Schwestern zu ihm und sprachen: HErr/ sihe/ den du lieb hast/ der ligt kranck.

4. Als aber JEsus das hörete/ sprach er zu ihnen: Dise Kranckheit ist nit zum Tod/ sondern zu der Ehr GOttes/ auf daß der Sohn GOttes dadurch geehret werde.

5. JEsus aber liebte Martham/ und ihre Schwester Mariam/ und Lazarum.

6. Nachdem er nun gehört hatte/ daß er kranck war/ blibe er zwar damals noch zween Tag an dem Ort/ da er war.

7. Darnach sprach er zu seinen Jüngern: Lasset uns widerum in das Jüdische Land ziehen.

8. Die Jünger sprachen zu ihm: Rabbi/ unlängst wolten dich die Juden steinigen: und du ziehest widerum dahin?

9. JEsus antwortet: Seynd nit zwölff Stunden im Tag? So nun jemand im Tag wandlet/ der stosset nit an: dan er sihet das Liecht diser Welt:

10. So aber jemand bey der Nacht wandlet/ der stosset an/ dan das Liecht ist nit in ihm.

11. Diß sagte er/ und darnach sprach er zu ihnen: Lazarus unser Freund schlaffet/ aber ich gehe hin/ daß ich ihn vom Schlaff aufwecke.

12. Da sprachen seine Jünger: HErr schlaffet er/ so wirds besser mit ihm.

13. JEsus aber hatte von seinem Tod geredet/ und

und sie vermeynten / er rede vom natürlichen Schlaff.

14. Da sagts ihnen JEsus außtrucklich: Lazarus ist gestorben:

15. Und ich freue mich um euerent willen / daß ich nit bin dort gewesen / auf daß ihr glaubet: aber lasset uns zu ihm gehen.

16. Da sprach Thomas / der Zwilling genant wird zu seinen Mitjüngern: Lasset uns auch hingehen / damit wir mit ihm sterben.

17. Also kam JEsus / und fand ihn / daß er schon vier Tag im Grab gelegen war.

18. (Bethania aber war nah bey Jerusalem zu fünffzehen Feldwegs)

19. Es waren aber vil von den Juden zu Martha und Maria kommen / sie zu trösten über ihren Bruder.

20. Als nun Martha hörte / daß JEsus kam / gieng sie ihm entgegen. Maria aber blibe daheim sitzen.

21. Da sprach Martha zu JEsu: HERR / wärest du hie gewesen / so wäre mein Bruder nit gestorben.

22. Ich weiß aber jetzt auch / daß alles / was du von Gott begehren wirst das wird dir Gott geben.

23. JEsus spricht zu ihr: Dein Bruder wird widerum auferstehen.

24. Martha spricht zu ihm: Ich weiß wol daß er auferstehen werde / in der Auferstehung am Jüngsten Tag.

25. JEsus sprach zu ihr: Ich bin die Auferstehung und das Leben: wer an mich glaubet der wird leben / ob er schon gestorben wäre:

26. Und ein jeglicher / der da lebet / und glaubet an mich / der wird in Ewigkeit nit sterben. Glaubest du das?

27. Sie spricht zu ihm: Ja HErr ich hab geglaubet / daß du bist Christus / der Sohn deß lebendigen GOttes / der du in dise Welt kommen bist.

28. Und als sie diß gesagt hatte / gieng sie hin / und rieff ihrer Schwester Maria in geheim / und sprach: Der Meister ist da / und ruffet dir.

29. Da sie das hörte / stund sie eilends auf / und kam zu ihm:

30. Dan JEsus war noch nit in den Flecken kommen / sondern war noch an dem Ort / da ihm Martha entgegen kommen war.

31. Die Juden aber / welche bey ihr im Hauß waren / und sie trösteten / als sie sahen / daß Maria eilends aufstund / und hinauß gieng / folgeten sie ihr nach und sprachen: Sie gehet hin zum Grab / daß sie daselbst weine.

ejus: illi autem putaverunt quia de dormitione somni diceret.

14. Tunc ergo Jesus dixit eis manifestè: Lazarus mortuus est:

15. & gaudeo propter vos, ut credatis *f*, quoniam non eram ibi. Sed eamus ad eum.

f sc. perfectius.

16. Dixit ergo Thomas, qui dicitur Didymus, ad condiscipulos: Eamus, & nos, ut moriamur cum eo.

17. Venit itaque Jesus: & invenit eum quatuor dies jam in monumento habentẽ.

18. (Erat autem Bethania juxta Jerosolymam quasi stadiis quindecim)

19. Multi autem ex Judæis venerant ad Martham, & Mariam, ut consolarentur eas de fratre suo.

20. Martha ergo ut audivit quia Jesus venit, occurrit illi: Maria autem domi sedebat.

21. Dixit ergo Martha ad Jesum: Domine, si fuisses hîc, frater meus non fuisset mortuus:

22. Sed & nunc scio quia quæcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus.

23. Dicit illi Jesus: Resurget frater tuus.

24. Dicit ei Martha: Scio quia resurget *g* in resurrectione in novissimo die.

g Luc. 14. 14. Supr. 5. 29.

25. Dixit ei Jesus: Ego sum resurrectio, & vita *h*: qui credit in me *l* etiamsi mortuus fuerit, vivet:

h i. fons & causa vitæ & resurrectionis.

26. & omnis, qui vivit, & credit in me, non morietur in æternum *m*. Credis hoc?

l Supr. 5. 40.

27. Ait illi: Utique Domine, ego credidi, quia tu es Christus filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti *n*.

m quia suscitabitur ad vitam æternam.

n missus à Patre.

28. Et cùm hæc dixisset, abiit, & vocavit Mariam sororem suam silentio, dicens: Magister adest, & vocat te.

29. Illa ut audivit, surgit citò, & venit ad eum;

30. nondum enim venerat Jesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco, ubi occurrerat ei Martha.

31. Judæi ergo, qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam, cùm vidissent Mariam quia citò surrexit, & exiit, secuti sunt eam, dicentes: Quia vadit ad monumentum, ut ploret ibi.

32. Maria ergo, cùm venisset ubi erat Jesus, videns eum, cecidit ad pedes ejus, & dicit ei: Domine, si fuisses hîc, non esset mortuus frater meus.

33. Jesus ergo, ut vidit eam plorantem, & Judæos, qui venerant cum ea, plorantes, infremuit spiritu *o*, & turbavit seipsum *p*,

o animo seu affectu, quem expressit fremitu.
p vultu & voce turbationem præ se ferens.

34. & dixit: Ubi posuistis eum? Dicunt ei: Domine, veni, & vide.

35. Et lacrymatus est Jesus.

36. Dixerunt ergo Judæi: Ecce quomodo amabat eum.

37. Quidam autem ex ipsis dixerunt: *q* Non poterat hic, qui aperuit oculos cæci nati, facere ut hic non moreretur?

q Supr. 9. 6.

II. 38. Jesus ergo rursum fremens in semetipso, venit ad monumentum. Erat autē spelunca: & lapis superpositus erat ei.

39. Ait Jesus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror ejus, qui mortuus fuerat: Domine, jam fœtet, quatriduanus est enim.

40. Dicit ei Jesus: Nonne dixi tibi quoniam si credideris, videbis gloriam *r* Dei?

r miraculum ad gloriam.

41. Tulerunt ergo lapidem: Jesus autem elevatis sursum oculis, dixit: Pater gratias ago tibi quoniam audisti *s* me.

s audire soles.

42. Ego autem sciebam quia semper me audis, sed propter populum, qui circumstat, dixi *t*: ut credant quia tu me misisti.

t sc. hæc.

43. Hæc cùm dixisset, voce magna clamavit *u*: Lazare veni foras.

u velut imperans absenti animæ.

44. Et statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus pedes & manus institis *x*, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Jesus: Solvite eum, & sinite abire.

x fasciis funereis.

45. Multi ergo ex Judæis, qui venerant ad Mariam, & Martham, & viderant quæ fecit Jesus, crediderunt in eum *y*.*

y ut Messiam.

46. Quidam autem ex ipsis abierunt ad Pharisæos, & dixerunt eis quæ fecit Jesus.

III. 47. † Collegerunt ergo Pontifices & Pharisæi concilium, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?

† Fer. 6. Post Dom. Pass.

48. Si dimittimus eum sic, omnes cre-

*

32. Als nun Maria zu dem Ort kam/ wo JEsus war / und ihn sahe / fiel Sie zu seinen Füssen nider/ und sprach zu ihm: HErr / wärest du hie gewesen/ so wäre mein Bruder nit gestorben.

33. Da sie nun JEsus sahe weinen / und daß die Juden / so mit ihr kommen waren / auch weinten/ ergrimmete er im Geist / und betrübete sich selbst /

34. Und sprach: Wo habt ihr ihn hingelegt. Sie sprachen zu ihm: HErr/ komm und sihe es.

35. Und JEsus weinete.

36. Da sprachen die Juden: Sihe / wie hat er ihn so lieb gehabt.

37. Etliche aber unter ihnen sprachen: Der dem gebornen Blinden die Augen hat eröffnet / konte er nit machen/ daß diser nit stürbe?

II. 38. Da ergrimmete JEsus abermal in ihm selbst / und kam zum Grab. Es war aber eine Höl/ und war ein Stein darauf gelegt.

39. JEsus sprach: Hebet den Stein ab. Da sagt zu ihm Martha / deß Verstorbenen Schwester: HErr er stincket schon: dan er ist nun vier Täg tod.

40. JEsus spricht zu ihr: Hab ich dir nit gesagt/ so du glauben wirst / so wirst du die Herrlichkeit GOttes sehen?

41. Da huben sie den Stein ab: JEsus aber hube seine Augen hinauf in die Höh/ und sprach: Vatter ich dancke dir/ daß du mich erhöret hast:

42. Doch wuste ich zuvor / daß du mich allezeit erhörest: aber um deß Volcks Willen/ das umher stehet/ hab ich diß gesagt: damit sie glauben / daß du mich gesandt hast.

43. Nachdem er diß geredt hatte / rieff er mit lauter Stimm: Lazare/ komm herauß.

44. Und der Verstorbene kam alsbald herauß/ und war mit Grabtüchern gebunden an Händ und Füssen/ und sein Angesicht war mit einem Schweißtuch verbunden. Da sprach JEsus zu ihnen: Löset ihn auf/ und lasset ihn hingehen.

45. Vil aber von den Juden / welche zu Maria und Martha kommen waren/ da sie sahen / was JEsus thäte/ glaubten an ihn.

46. Etliche aber auß ihnen giengen hin zu den Phariseern/ und sagten ihnen / was JEsus gethan hatte.

III. 47. Da versammleten die Hohepriester und Phariseer einen Rath / und sprachen: Was thun wir? dan diser Mensch thut vil Zeichen.

48. Lassen wir ihn also gehen/ so werden sie alle an ihn

ihn glauben. Alsdan werden die Römer kommen/ und werden unser Ort/ und Volck hinweg nemen.

49. Einer aber unter ihnen/ mit Namen Caiphas/ dieweil er desselbigen Jahrs Hoherpriester war/ sprach zu ihnen: Ihr wisset nichts:

50. Und bedencket auch nit/ daß es euch besser ist/ daß ein Mensch für das Volck sterbe/ und nit das gantze Volck umkomme.

51. Das sagte er aber nit von sich selbst: sondern dieweil er desselbigen Jahrs Hoherpriester war/ weissagete er/ daß JEsus für das Volck sterben würde:

52. Und nit für das Volck allein/ sondern daß er auch die Kinder GOttes zusammen brächte/ welche zerstreuet waren.

53. Und sie rathschlagten von demselbigen Tag an/ wie sie ihn tödteten.

54. Derowegen wandelte JESUS nit mehr offentlich unter den Juden/ sondern zoge hin in eine Landschafft an der Wüsten/ in eine Stadt/ welche Ephrem genant wird/ und hielt sich daselbst auf mit seinen Jüngern.

55. Es war aber der Juden Ostern nah/ und es giengen vil auß derselbigen Landschafft vor dem Oster-Fest hinauf gen Jerusalem/ sich zu heiligen.

56. Und sie suchten JEsum/ und redeten miteinander/ da sie im Tempel stunden: Was duncket euch/ daß er nit auf das Fest kommt? Es hatten aber die Hohepriester uud Phariseer Befelch gegeben so jemand erfahren würde/ wo er wäre/ daß er dasselbig anzeigete/ damit sie ihn greiffen möchten.

Das XII. Capitel.

I. JEsus sitzet zu Tisch mit dem auferweckten Lazaro/ und wird von Maria gesalbet/ 1.
II. Reitet zu Jerusalem ein/ und auch die Heyden begehren ihn zu sehen/ 12.
III. Predigt den Juden/ sie aber bleiben verstockt. 24.

1. ALso kam JEsus sechs Tag vor Ostern gen Bethania/ da Lazarus gestorben war/ den JEsus von den Todten hat auferweckt.

2. Sie richteten ihm aber daselbst ein Nachtmahl zu: und Martha dienete/ Lazarus aber war einer von denen/ welche mit ihm zu Tisch sassen.

3. Da nahm Maria ein Pfund sehr köstlicher Salben/ von ungefälschter Narden/ und salbete die Füß JEsu/ und trucknete seine Füß mit ihren Haaren: und das Hauß ward erfüllet vom Geruch der Salben.

4. Da sprach einer von seinen Jüngern/ Judas Iscariot/ der ihn verrathen wurde:

dent in eum: & venient Romani, & tollent nostrum locum, & gentem.

49. z Unus autem ex ipsis Caiphas nomine, cùm esset Pontifex anni illius, dixit eis: Vos nescitis quidquam,

z Infr. 18. 14.

50. nec cogitatis quia expedit vobis ut unus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat.

51. Hoc autem a à semetipso non dixit: sed cùm esset Pontifex anni illius, prophetavit, quòd Jesus moriturus erat pro gente,

a quatenus habebat bonum & verum sensum.

52. & non tantùm pro gente, sed ut filios Dei b, qui erant dispersi, congregaret in unum c.

b electos. *c* Christi corpus mysticum, ovile, & Ecclesiam.

53. Ab illo ergo die cogitaverunt ut interficerent eum.

54. Jesus ergo jam non in palam ambulabat apud Judæos, sed abiit in regionem juxta desertum, in civitatem, quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. *

55. Proximum autem erat Pascha Judæorum: & ascenderunt multi Jerosolymam de regione ante Pascha, ut sanctificarent d seipsos.

d Græcè, purificarent.

56. Quærebant ergo Jesum: & colloquebantur ad invicem, in templo stantes: Quid putatis, quia non venit ad diem festum? Dederant autem Pontifices, & Pharisæi mandatum, ut si quis cognoverit ubi sit, indicet, ut apprehendant eum.

CAPUT XII.

I. Jesus à Maria ungitur, 1.
II. Asello vectus Jerusalem ingreditur; & dicit horam suæ clarificationis instare, 12.
III. Comparat se grano frumenti: vox Patris auditur. Manent Judæi excæcati juxta Isaiæ vaticinium. 24.

1. JEsus ergo † ante sex dies Paschæ venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitavit Jesus.

† Fer. 2. Major. Hebdom.

2. Fecerunt a autem ei cœnam ibi b: & Martha ministrabat, Lazarus verò unus erat ex discumbentibus cum eo.

a Matth. 26. 6. Marc. 14. 3.
b in domo Simonis leprosi.

3. Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici c, pretiosi, & unxit pedes Jesu, & extersit pedes ejus capillis suis: & domus impleta est ex odore unguenti.

c Græcè, fidelis & puri.

4. Dixit ergo unus ex discipulis ejus, Judas Iscariotes, qui erat eum traditurus.

5. Qua-

5. Quare hoc unguentum non væniit trecentis denariis, & datum est egenis?

6. Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur, portabat.

d præveniens facere vivo quod tunc non poterit.

7. Dixit ergo Jesus: Sinite illam ut in diem sepulturæ meæ servet illud *d*.

8. Pauperes enim semper habetis vobiscum: me autem non semper habetis.

9. Cognovit ergo turba multa ex Judæis quia illic est: & venerunt, non propter Jesum tantùm, sed ut Lazarum viderent, quem suscitavit à mortuis. *

† SABB. POST DOM. PASS.

10. †Cogitaverunt autem principes sacerdotum ut & Lazarum interficerent:

11. quia multi propter illum abibant ex Judæis, & credebant in Jesum.

e i. die qua inferebant in domum agnum immolandum in Pascha.

f sic. solebant in gaudiis & triumphis Sa.

II. 12. In crastinum *e* autem turba multa, quæ venerat ad diem festum, cùm audissent quia venit Jesus Jerosolymam:

13. acceperunt ramos palmarum *f*, & processerunt obviam ei, & clamabant: Hosanna, benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Israel.

g Zach. 9. 9. Matth. 21. 7. Marc. 11. 7. Luc. 19. 35.

14. *g* Et invenit Jesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est:

15. Noli timere filia Sion: ecce rex tuus venit sedens super pullum asinæ.

h resurrectione & ascensione.

16. Hæc non cognoverunt discipuli ejus primùm: sed quando glorificatus est *h* Jesus, tunc recordati sunt quia hæc erant scripta de eo: & hæc fecerunt ei.

l de suscitatione Lazari.

17. Testimoniũ ergo perhibebat *l* turba, quæ erat cum eo quando Lazarum vocavit de monumento, & suscitavit eum à mortuis.

18. Propterea & obviam venit ei turba: qui audierunt eum fecisse hoc signum.

19. Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos: videtis quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abiit.

20. Erant autem quidam Gentiles ex his, qui ascenderant ut adorarent in die festo.

21. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat à Bethsaida Galilææ, & rogabant eum, dicentes? Domine, volumus Jesum videre.

5. Warum ist diese Salb nicht für drey hundert Pfenning verkaufft / und den Armen gegeben worden?

6. Das sagte er aber / nit / daß ihm die Arme angelegen waren: sonder weil er ein Dieb war / und den Beutel hatte / und truge was darein geworffen ward.

7. Da sprach JEsus: Lasset sie mit Friden / auf daß sie es behalte auf den Tag meiner Begräbnuß.

8. Dan die Arme habt ihr allezeit bey euch: mich aber habt ihr nit allezeit.

9. Da erfuhr vil Volcks unter den Juden / daß er da war: und sie kamen nit um JEsu Willen allein / sondern auch Lazarum zu sehen / den er von den Todten auferwecket hatte:

10. Aber die Hohepriester gedachten / daß sie auch Lazarum tödteten:

11. Dan vil auß den Juden giengen um seinentwillen dahin und glaubeten an JEsum.

II. 12. Vil Volck aber / so auf das Fest kommen war / da sie am folgenden Tag höreten daß JEsus gen Jerusalem käme /

13. Nahmen sie Palmen-Zweig / und giengen hinauß ihm entgegen / und rieffen: Hosanna gebenedeyet sey / der da kommt im Namen deß HErrn / der König Israel.

14. Und JEsus fand ein Eselin / und setzte sich darauf / wie geschriben stehet:

15. Förchte dir nit / du Tochter Sion: Sihe / dein König kommt / und sitzt auf einem Füllen der Eselin.

16. Diß verstunden seine Jünger erstlich nit: aber da JEsus verkläret war / da gedachten sie daran / daß diß von ihm geschriben war: und daß sie ihm diß gethan haben.

17. Deßwegen gab ihm Zeugnuß das Volck so bey ihm war / da er Lazarum auß dem Grab geruffen / und von den Todten erwecket hatte.

18. Darum gieng ihm auch das Volck entgegen: weil sie gehört haben / daß er diß Zeichen gethan hätte.

19. Da sprachen die Phariseer unter einander: Ihr sehet wol / daß wir nichts außrichten? Sihe / die gantze Welt laufft ihm nach.

20. Es waren aber etliche Heyden von denen / welche herauf kommen waren / auf das Fest anzubeten.

21. Dise traten zu Philippo / der von Bethsaida in Galiläa war / baten ihn / und sprachen: Herr / wir wolten JESUM gern sehen.

22. Da

22. Da kam Philippus / und sagt es Andreä: Andreas und Philippus sagten es JEsu.

23. JEsus aber antwortet ihnen / und sprach: Die Stund ist kommen / daß deß Menschen Sohn verkläret werde.

III. 24. Warlich / warlich sag ich euch / es sey dan / daß das Weitzenkörnlein in die Erden falle / und ersterbe /

25. So bleibt es allein. Wan es aber erstirbt / so bringt es vil Frucht. Wer seine Seel lieb hat / der wird sie verlieren: und wer seine Seel hasset in diser Welt / der erhalt sie zum ewigen Leben.

26. So mir jemand dienen wil / der folge mir nach: und wo ich bin / da sol mein Diener auch seyn. So mir jemand dienen wird / den wird mein Vatter ehren.

27. Meine Seel ist jetzt betrübet. Und was soll ich sagen? Vatter / hilff mir auß diser Stund. Doch / ich bin darum in dise Stund kommen.

28. Vatter verkläre deinen Namen. Da kam eine Stimm vom Himmel: Ich hab ihn verkläret / und wil ihn abermal verklären.

29. Da sprach das Volck / so da stund / und die Stimm gehöret hatte / es hätte gedonnert. Andere sprachen: Ein Engel hat mit ihm geredt.

30. JEsus antwortet und sprach: Dise Stim ist nit um meinentwillen herab kommen / sondern um euerentwillen.

31. Jetzt ist das Gericht diser Welt: der Fürst diser Welt wird jetzt hinauß gestossen werden.

32. Und ich / wan ich werd erhöhet werden von der Erden / so wil ich alles zu mir ziehen.

33. (Das sagte er aber / anzudeuten / welches Tods er sterben würde)

34. Da antwortet ihm das Volck: Wir haben gehöret auß dem Gesatz / daß Christus bleibet in Ewigkeit: wie sagst du dan: Deß Menschen Sohn muß erhöhet werden? Wer ist der Sohn deß Menschen?

35. JEsus sprach zu ihnen: Das Liecht ist noch eine kleine Zeit bey euch. Wandelt / dieweil ihr das Liecht habt / damit euch die Finsternuß nit ergreiffe: und wer in der Finsternuß wandelt / der weiß nit / wo er hingehet.

36. Glaubet an das Liecht / dieweil ihr das Liecht habt / auf daß ihr Kinder deß Liechts seyd. Solches redete JEsus / und gieng hinweg / und verbarge sich vor ihnen.

37. Wiewol er nun solche grosse Zeichen vor ihnen gethan hatte / so glaubten sie doch nit an ihn:

38. Damit das Wort deß Propheten Isaiä er-

22. Venit Philippus, & dicit Andreæ: Andreas rursum, & Philippus dixerunt Jesu.

23. Jesus autem respondit eis, dicens: Venit hora, ut clarificetur Filius hominis.

III. 24. † Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit;

25. ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. *m* Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

26. Si quis mihi ministrat, me sequatur: & ubi sum ego, illic *n* & minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus. *

27. Nunc anima mea *o* turbata est *p*. Et quid dicam? Pater, salvifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc.

28. Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cælo: & clarificavi *q*, & iterum clarificabo *r*.

29. Turba ergo, quæ stabat, & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alii dicebant: Angelus ei locutus est.

30. Respondit Jesus, & dixit: Non propter me hæc vox venit, sed propter vos.

31. † Nunc judicium *s* est mundi: nunc princeps hujus mundi ejicietur foras.

32. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum.

33. (Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus)

34. Respondit ei turba: Nos audivimus *t* ex lege, quia Christus manet in æternum: & quomodo tu dicis, oportet exaltari Filium hominis? Quis est iste Filius hominis?

35. Dixit ergo eis Jesus: Adhuc *u* modicum lumen *x* in vobis *y* est. Ambulate dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant: & qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat.

36. Dum lucem *z* habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis. * Hæc locutus est Jesus: & abiit, & abscondit se ab eis. *

37. Cùm autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum:

38. ut sermo Isaiæ prophetæ implere-

tur,

† Sanct. Laur. *Item*, Unius Mart. Non Pontif.

m Matth. 10. 39. & 16. 25. *Marc.* 8. 35. *Luc.* 9. 24. & 17. 33.

n in statu beatitudinis.

o quoad partem animalem.

p horrore mortis.

q per opera.

r per resurrectionem.

† In Festo S. Crucis.

s quo liberabitur à peccato, diabolo &c.

t Psalm. 109. 4. & 116. 2. *Isai.* 40. 8. *Ezech.* 37. 25.

u i. non diu.

x sc. ego.

y Græcè vobiscum.

z me.

a Isaiæ 53. 1. *Rom.* 10. 16.
b sermoni & prædicationi.
c virtus & potentia Christi.
d Isai. 6. 9. *Matth.* 13. 14. *Marc.* 4. 12. *Luc.* 8. 10. *Actor.* 28. 26. *Rom.* 11. 8.
e relinquens in cæcitate ob peccata.
f sc. Christi.
g i. solum.
h per fidem.

l sc. nunc.
m Marc. 16. 16.
n i. condemnabit.
o i. eam confert obedientibus.

† FER. 5. IN COENA DOM.
a Matth. 26. 2. *Marc.* 14. 1. *Luc.* 22. 1.
b Quartum & ultimum Pascha ministerii Christi.
Anno M. 4036. æræ vulg. 33. æratis Chr 37. Per. Jul. 4746. urbis cond. 784. ann. Jul. 78. Imperii Tiberii 19.

tur, quem dixit: *a* Domine, quis credidit auditui *b* nostro? & brachium Domini *c* cui revelatum est?

39. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias:

40. *d* Excæcavit *e* oculos eorum, & induravit cor eorum: ut non videant oculis, & non intelligant corde, & convertantur, & sanem eos.

41. Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam ejus *f*, & locutus est de eo.

42. Verumtamen & ex principibus multi crediderunt in eum: sed propter Pharisæos non confitebantur, ut è synagoga non ejicerentur.

43. Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei.

44. Jesus autem clamavit, & dixit: Qui credit in me, non credit in me *g*, sed in eum, qui misit me.

45. Et qui videt *h* me, videt eum, qui misit me.

46. Ego lux in mundum veni: ut omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat.

47. Et si quis audierit verba mea, & non custodierit: ego non judico *l* eum. Non enim veni ut judicem mundum, sed ut salvificem mundum.

48. Qui spernit me, & non accipit verba mea: habet qui judicet eum. *m* Sermo, quem locutus sum, ille judicabit *n* eum in novissimo die.

49. Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar.

50. Et scio quia mandatum ejus vita æterna est *o*. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor.

CAPUT XIII.

I. Jesus lavat pedes discipulorum, 1.
II. Proditorem suum indicat; quo egressô dicit se clarificatum: 21.
III. Agit de novo mandato dilectionis: Petro prædicit sui negationem. 33.

ANte † diem *a* festum Paschæ *b*, sciens Jesus quia venit hora ejus ut transeat ex hoc mundo ad Patrem: cùm dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.

2. Et cœna facta, cùm diabolus jam mi-

füllet wurde / das er geredet hat: HERR / wer glaubt unserm Gehör? und wem ist der Arm deß HErrn offenbahret?

39. Darum konten sie nit glauben: dan Isaias hat abermal gesagt:

40. Er hat ihre Augen verblendet / und hat ihr Hertz verhärtet: auf daß sie mit den Augen nit sehen / noch mit dem Hertzen verstehen / und sich bekehren / und ich sie gesund mache,

41. Diß sagte Isaias / da er seine Herzligkeit sahe / und von ihm redete.

42. Jedoch glaubeten auch vil von den Obersten an ihn: aber sie bekanten es nit um der Pharisæer Willen / damit sie nit auß der Schul gestossen würden.

43. Dan die Ehr der Menschen war ihnen lieber / als die Ehr GOttes.

44. JEsus aber rieff / und sprach: Wer an mich glaubet / der glaubet nit an mich / sondern an den / der mich gesandt hat.

45. Und wer mich sihet / der sihet den / der mich gesandt hat.

46. Ich bin wie ein Liecht in die Welt kommen / auf daß / wer an mich glaubet / in der Finsternuß nit bleibe.

47. Und so jemand meine Wort hören wird / und nit bewahren / denselbigen richte ich nit: dan ich bin nit kommen / die Welt zu richten / sondern die Welt seelig zu machen.

48. Wer mich verachtet / und meine Wort nit annimmt / der hat einen / der ihn richtet. Das Wort / das ich geredt habe / wird ihn richten am Jüngsten Tag.

49. Dan ich hab von mir selbst nit geredt / sondern der Vatter / der mich gesandt hat / derselbig hat mir ein Gebott gegeben / was ich sagen / und was ich reden sol.

50. Und ich weiß / daß sein Gebott das ewige Leben ist. Darum / was ich rede / das rede ich also / wie mirs der Vatter gesagt hat.

Das XIII. Capitel.

I. JEsus wascht den Jüngern die Füß / 1.
II. Kündigt ihnen an die bevorstehende Verrätherey deß Judå / 21.
III. Predigt ihnen das Gebott der Liebe / 33.

1. VOr dem Fest-Tag der Ostern / da JEsus wuste / daß seine Stund kommen war / daß er auß diser Welt zum Vatter gienge: dieweil er die Seinige geliebet hat / welche in der Welt waren / so hat er sie biß zum End geliebet.

2. Und nach dem Abendmahl / da schon der Teufel

Teufel dem Judä Simonis Iscariots ins Hertz gegeben hatte/ daß er ihn verrathen solte.

3. Und er wuste/daß ihm der Vatter alle Ding in die Händ gegeben hatte / und daß er von GOtt außgangen war/ und widerum zu GOtt gienge.

4. Stund er auf vom Abendmahl/und legte seine Kleider ab: und nahm ein leines Tuch/und umgürtete sich.

5. Darnach goß er Wasser in ein Becken / und fieng an den Jüngern die Füß zu waschen / und sie zu trucknen mit dem leinen Tuch/ damit er umgürtet war.

6. Da kam er zu Simon Petro / und Petrus sprach zu ihm: HErr / soltest du mir die Füß waschen.

7. JEsus antwortet / und sprach zu ihm: Was ich thue / das weist du jetzt nit / du wirsts aber hernach erfahren.

8. Petrus spricht zu ihm: Du solst mir die Füß nit waschen in Ewigkeit / JEsus antwortet ihm: Werde ich dich nit waschen / so wirst du kein Theil mit mir haben.

9. Simon Petrus spricht zu ihm: HErr / nit allein meine Füß / sondern auch die Händ und das Haubt.

10. JEsus spricht zu ihm: Wer gewaschen ist/ der bedarff nit mehr / dan daß er die Füß wasche / sondern er ist gantz rein. Und ihr seyd rein / aber nit alle.

11. Dan er wuste wol / wer der war / der ihn verrathen würde: darum sagte er: Ihr seyd nit alle rein.

12. Nachdem er nun ihre Füß hatte gewaschen / und seine Kleider widerum genommen/und sich widerum zu Tisch gesetzt / sprach er zu ihnen: Wisset ihr/ was ich euch gethan habe:

13. Ihr nennet mich/ Meister/ und HErr: und ihr saget recht daran dan ich bins auch.

14. So nun ich / euer HErr und Meister / euch die Füß gewaschen habe / so sollet ihr auch einer dem andern die Füß waschen.

15. Dan ich hab euch ein Exempel gegeben / damit ihr auch thuet / wie ich euch gethan habe.

16. Warlich/ warlich sag ich euch/der Knecht ist nit grösser / dan sein Herr: noch der Gesandte grösser / dan der ihn gesandt hat.

17. Wan ihr solches wisset / so werdet ihr seelig seyn/ wan ihr es thun werdet.

18. Ich sage nit von euch allen: Ich weiß / welche ich erwöhlet hab: aber damit die Schrifft er-

sisset in cor, ut traderet eum Judas Simonis Iscariotæ:

3. sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exivit, & ad Deum vadit:

4. surgit à cœna, & ponit vestimenta sua: & cùm accepisset linteum, præcinxit se.

5. Deinde mittit aquam in pelvim, & cœpit lavare *c* pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus.

6. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus: Domine, tu mihi lavas pedes?

7. Respondit Jesus, & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modò, scies autem postea.

8. Dicit ei Petrus: Non lavabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Jesus: Si non lavero te, non habebis partem mecum.

9. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantùm pedes meos, sed & manus, & caput.

10. Dicit ei Jesus: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis *d*, sed non omnes.

11. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum: propterea dixit: non estis mundi omnes.

12. Postquam ergo lavit pedes eorum, & accepit vestimenta sua: cùm recubuisset iterum, dixit eis: Scitis quid *e* fecerim vobis?

13. Vos vocatis me Magister, & Domine: & benè dicitis: sum etenim.

14. Si ergo ego lavi pedes vestros, Dominus, & Magister: & vos debetis alter alterius lavare pedes. *f*

15. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis.*

16. *g* Amen, amen dico vobis: Non est servus major domino suo: neque Apostolus major est eo, qui misit illum.

17. Si hæc *h* scitis, beati eritis si feceritis ea.

18. Non de omnibus vobis dico: ego scio quos elegerim: sed ut adimpleatur Scrip-

c factum id ante Eucharistiæ institutionem.

d transit more suo ad spiritualia.

e quorsũ id.

f exhibere officia humilitatis &c.

g Matth. 10. 24. Luc. 6. 40. Infr. 15. 20.

h quæ doceo de humilitate & charitate.

Scriptura: *l* Qui manducat mecum pa-
nem, levabit contra me calcaneum suum.
19. Amodo dico vobis, priusquam fiat:
ut cùm factum fuerit, credatis, quia ego
sum *m*.
20. *n* Amen, amen dico vobis: Qui ac-
cipit si quem misero, me accipit: qui au-
tem me accipit, accipit eum, qui me mi-
sit.
II. 21. Cùm hæc dixisset Jesus, turbatus
est spiritu: & protestatus est, & dixit: *o*
Amen, amen dico vobis: Quia unus ex
vobis tradet me.
22. Aspiciebant ergo ad invicem disci-
puli, hæsitantes de quo diceret.
23. Erat ergo recumbens unus *p* ex dis-
cipulis ejus in sinu Jesu *q*, quem diligebat
Jesus.
24. Innuit ergo huic Simon Petrus: &
dixit ei: Quis est, de quo dicit?
25. Itaque cùm recubuisset ille supra
pectus Jesu, dicit ei: Domine quis
est?
26 Respondit Jesus: Ille est, cui ego in-
tinctum panem porrexero. Et cùm in-
tinxisset panem, dedit Judæ Simonis Isca-
riotæ.
27. Et post buccellam, introivit in eum
satanas *r*. Et dixit ei Jesus: Quod facis,
fac citiùs *s*.
28. Hoc autem nemo scivit discumben-
tium ad quid dixerit ei.
29. Quidam enim putabant, quia locu-
los habebat Judas, quòd dixisset ei Jesus:
Eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem fes-
tum: aut egenis ut aliquid daret.
30. Cùm ergo accepisset ille buccellam,
exivit continuò. Erat autem nox.
31. Cùm ergo exisset, dixit Jesus: nunc
clarificatus est Filius hominis: & Deus cla-
rificatus est in eo.
32. Si Deus clarificatus est in eo, & Deus
clarificabit eum in semetipso: & continuò
clarificabit eum.
III. 33. Filioli, adhuc modicum *t* vobis-
cum sum. *u* Quæretis me: & sicut dixi
Judæis: Quò ego vado, vos non potestis
venire *x*: & vobis dico modò.
34. *y* Mandatum novum *z* do vobis: Ut
diligatis invicem, sicut dilexi vos, ut &
vos diligatis invicem.
35. In hoc cognoscent omnes quia dis-

füllet werde: Der das Brod mit mir isset der wird
seine Fersen wider mich aufheben.
19. Von nun an sage ich euch / eh dan es ge-
schicht: auf daß / wan es geschehen ist / ihr glaubet /
daß ichs bin.
20. Warlich / warlich sage ich euch: Wan ich je-
mand senden werde / wer denselbigen aufnimmt der
nimmt mich auf: wer mich aber aufnimmt / der
nimmt den auf / der mich gesandt hat.
II. 21. Als JEsus diß gesagt hatte / ward er be-
trübt im Geist: und zeugte und sprach: Warlich /
warlich sag ich euch / einer von euch wird mich ver-
rathen.
22. Da sahen sich die Jünger untereinander an /
und zweifelten / von welchem er redte.
23. Einer aber von seinen Jüngern hatte sich
gelehnet in die Schoß JESU / den JEsus lieb
hatte.
24. Demselbigen wunckt Simon Petrus / u. sprach
zu ihm: Wer ists / von welchem er redet?
25. Dieweil sich nun derselbig auf die Brust
JEsu gelehnet hatte sprach er zu ihm: HErr / wer
ists?
26. JEsus antwortet: Der ists / dem ich das
eingetunckte Brod reichen werde. Und er tunck-
te das Brod ein / und gab es dem Judá Simonis
Iscariots.
27. Und nach dem Bissen fuhre der Satan in ihn.
Und JEsus sprach zu ihm: Was du thuest / das
thue bald.
28. Das verstund aber keiner von denen / welche
zu Tisch sassen / wozu ers ihm gesagt hatte.
29. Dan etliche meyneten / dieweil Judas den
Beutel hatte so hätte JEsus zu ihm gesagt: Kauf-
fe / was uns für das Fest vonnöthen ist: oder daß
er den Armen etwas geben solte.
30. Als er nun den Bissen genommen hatte /
gieng er alsbald hinauß. Es war aber Nacht.
31. Nachdem er nun hinauß gangen war sprach
JEsus: Nun ist der Sohn deß Menschen verklä-
ret: und GOtt ist verkläret in ihm.
32. Ist dan GOtt in ihm verkläret / so wird ihn
GOtt auch verklären in ihm selbst / und wird ihn
bald verklären.
III. 33. Meine Kindlein / ich bin noch ein kleine Zeit
bey euch. Ihr werdet mich suchen: aber / wie ich den
Juden gesagt habe: wo ich hingehe / dahin könnet
ihr nit kommen: das sage ich jetzt auch zu euch.
34. Ich gebe euch ein neues Gebott / daß ihr euch
untereinander liebet / und daß ihr euch also unter-
einander liebet wie ich euch geliebet habe.
35. Darbey wird jederman erkennen / daß ihr
meine

l Psalm. 40. 10.
m is, quem me esse dixi, filius Dei.
n Matth. 10. 40. Luc. 10. 16.
o Matth. 26. 21. Marc. 14. 18. Luc. 22. 21.
p sc. Joannes.
q capite super pectus inclinato.
r ad perficiendam proditionem.
s permissio est, non jussio.
t tempus.
u Supr. 7. 34.
x nunc.
y Lev. 19. 18. Matth. 22. 39. Inf. 15. 12.
z renovans hominem.

meine Jünger seyd/ wan ihr die Lieb untereinander haben werdet.

36. Da spricht Simon Petrus zu ihm: HErr/ wohin gehest du? JEsus antwortet: Da ich hingehe/ kanst du mir für dißmal nit folgen: du wirst aber hernach folgen.

37. Petrus spricht zu ihm: Warum kan ich dir dißmal nit folgen? Ich wil meine Seel für dich setzen.

38. JESUS antwortet ihm: Soltest du deine Seel für mich setzen? Warlich sag ich dir: Der Han wird nit kräen/ biß du mich dreymal verlaugnet hast.

Das XIV. Capitel.

I. JEsus stärcket seine Jünger/ wegen seines zunahenden Tods/ 1.

II. Verheisset ihnen den Heiligen Geist/ 16.

III. Vermahnt sie zu der Haltung seiner Gebott/ und gibt ihnen seinen Friden/ 23.

1. Euer Hertz betrübe sich nit. Glaubet ihr an GOtt/ so glaubet auch an mich.

2. In meines Vatters Hauß seynd vil Wohnungen: wan dem nit also wäre/ so hätte ichs euch gesagt. Dan ich gehe hin/ ein Ort für euch zu bereiten.

3. Und wan ich hingehen/ und ein Ort für euch bereiten werde/ so wil ich widerum kommen/ und euch zu mir nehmen/ auf daß ihr seyd/ wo ich bin.

4. Und wo ich hingehe/ das wisset ihr: und den Weeg wisset ihr auch.

5. Spricht zu ihm Thomas: HErr/ wir wissen nit/ wohin du gehest: und wie können wir den Weg wissen?

6. JEsus spricht zu ihm: Ich bin der Weeg und die Wahrheit/ und das Leben. Niemand kommt zum Vatter/ dan durch mich.

7. Wan ihr mich kenntet/ so kenntet ihr auch meinen Vatter: und von nun an werdet ihr ihn kennen/ und ihr habt ihn gesehen.

8. Spricht zu ihm Philippus: HErr/ zeige uns den Vatter/ so benüget uns.

9. JEsus spricht zu ihm: Bin ich ein so lange Zeit bey euch/ und ihr habt mich nit gekant? Philippe/ wer mich sihet/ der sihet auch den Vatter. Wie sprichst du dan: Zeige uns den Vatter?

10. Glaubet ihr nit/ daß ich im Vatter bin/ und der Vatter in mir ist? Die Wort/ die ich zu euch rede/ die rede ich nit von mir selbst. Der Vatter aber/ der in mir wohnet/ derselbig thut die Werck.

11. Glaubet ihr nit/ daß ich im Vatter/ und der Vatter in mir ist?

cipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem.

36. Dicit ei Simon Petrus: Domine, quò vadis? Respondit Jesus: Quò ego vado, non potes me modò sequi: sequêris autem postea.

37. Dicit ei Petrus: Quare non possum te sequi modò? *a* animam meam pro te ponam.

38. Respondit ei Jesus: Animam tuam pro me pones? Amen, amen dico tibi: Non cantabit *b* gallus, donec ter me neges.

a Matth. 26. 35. Marc. 14. 29. Luc. 22. 33.
b complete.

CAPUT XIV.

I. Consolans discipulos ait multas in domo Patris esse mansiones & se esse viam, veritatem & vitam; 1.

II. Promittit eis alium Paraclitum, 16.

III. Docet quis ipsum diligat, & qualem pacem discipulis relinquat. 23.

1. NOn † turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite *a*.

2. In domo Patris mei mansiones *b* multæ sunt. Si quò minùs dixissem vobis: Quia vado parare vobis locum.

3. Et si abiero, & præparavero vobis locum: iterum venio, & accipiam vos ad me ipsum, ut ubi sum ego, & vos sitis *c*.

4. Et quò ego vado scitis, & viam scitis *d*.

5. Dicit ei Thomas: Domine, nescimus quò vadis: & quomodo possumus viam scire?

6. Dicit ei Jesus: Ego sum via, & veritas, & vita. Nemo venit ad Patrem, nisi per me.

7. Si cognovissetis *e* me, & Patrem meum utique cognovissetis: & amodo *f* cognoscetis eum, & vidistis eum.

8. Dicit ei Philippus: Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.

9. Dicit ei Jesus: Tanto tempore vobiscum sum: & non cognovistis me? Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Quomodo tu dicis: Ostende nobis Patrem?

10. Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est? Verba, quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse facit opera.

11. Non creditis quia ego in patre, & Pater in me est?

† SANCT. APOST. PHILIP. ET JAC.
a quia sum ego Deus.
b paratæ credentibus.
c sc. in beatitudine.
d saltem imperfectè.
e perfectè.
f paulò post, sc. post missum Spiritum S.

12. Alio-

12. Alioquin propter opera ipsa credite. Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet: quia ego ad Patrem vado.

g Matth. 7.7. & 21. 22. Marc. 11. 24. Inf. 16. 23. † In Vigil. Pentec.

13. *g* Et quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam: * ut glorificetur Pater in Filio.

14. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.

15. † Si diligitis me, mandata mea servate.

h consolatorem. *l* doctorem. *m* mundi amatores.

II. 16. Et ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum *h* dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum,

17. Spiritum veritatis *l*, quem mundus *m* non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum; quia apud vos manebit, & in vobis erit.

18. Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos.

19. Adhuc modicum: & mundus me jam non videt. Vos autem videtis me: quia ego vivo, & vos vivetis.

n vitæ beatæ.

20. In illo die *n* vos cognoscetis, quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis.

21. Qui habet mandata mea, & servat ea: ille est, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. *

22. Dicit ei Judas, non ille Iscariotes: Domine, quid factum est, quia manifestaturus es nobis teipsum, & non mundo?

† Dom. Pentec. *o* i. præcepta, imò & consilia.

III. 23. Respondit Jesus, & dixit ei: † Si quis diligit me, sermonem *o* meum servabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus:

24. qui non diligit me, sermones meos non servat. Et sermonem quem audistis, non est meus: sed ejus, qui misit me, Patris.

25. Hæc locutus sum vobis, apud vos manens.

26. Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcumque dixero vobis.

12. So glaubt mir doch um der Werck Willen. Warlich warlich sag ich euch / wer an mich glaubet / der wird die Werck auch thun / die ich thue: und grössere thun / dan dise: dan ich gehe zum Vatter.

13. Und alles was ihr den Vatter bitten werdet in meinem Namen / das wil ich thun: auf daß der Vatter im Sohn geehret werde.

14. So ihr etwas von mir bitten werdet in meinem Namen / das wil ich thun.

15. Habt ihr mich lieb / so haltet meine Gebott.

II. 16. Und ich wil den Vatter bitten / und er wird euch einen andern Tröster geben / daß er bey euch bleibe in Ewigkeit /

17. Nemlich den Geist der Wahrheit / den die Welt nit empfangen kan / dan sie sihet ihn nit / und kennet ihn auch nit: aber ihr werdet ihn erkennen: dan er wird bey euch bleiben / und wird in euch seyn.

18. Ich wil euch nit als Waisen verlassen: sondern wil zu euch kommen.

19. Es ist noch um ein kleine Zeit so wird mich die Welt nit mehr sehen. Aber ihr werdet mich sehen: dan ich lebe / und ihr werdet auch leben.

20. An demselbigen Tag werdet ihr erkennen / daß ich in meinem Vatter bin / und ihr in mir / und ich in euch.

21. Wer meine Gebott hat / und sie halt / der ists / der mich liebet. Wer mich aber liebet / der wird von meinem Vatter geliebet werden: und ich werde ihn auch lieben / und mich selbst ihm offenbahren.

22. Spricht zu ihm Judas / nit der Iscariot: HERR / was ist geschehen / daß du dich uns wirst offenbahren / und nit der Welt:

III. 23. JESUS antwortet / und sprach zu ihm: So mich jemand liebet / der wird mein Wort halten / und mein Vatter wird ihn lieben: und wir werden zu ihm kommen / und Wohnung bey ihm machen.

24. Wer mich nit liebet / der halt meine Wort nit. Und das Wort / das ihr höret / ist nit mein / sondern deß Vatters / der mich gesandt hat.

25. Solches hab ich zu euch geredt / weil ich bey euch bleibe.

26. Aber der Tröster / der Heilige Geist / den der Vatter in meinem Namen senden wird / derselbig wird euch alles lehren / und wird euch alles eingeben / was ich euch sagen werde.

27. Den

27. Den Friden laß ich euch / meinen Friden gib ich euch: nit gib ich euch denselbigen / wie ihn die Welt gibt. Euer Hertz betrübe sich nit / und förchte sich nit.

28. Ihr habt gehöret daß ich euch gesagt hab: ich gehe hin und kome widerum zu euch. Wan ihr mich lieb hättet / so würdet ihr euch ja erfreuē / daß ich zum Vatter gehe: dan der Vatter ist grösser / als ich.

29. Und nun hab ichs euch gesagt / eh dan es geschicht / auf daß ihrs glaubet / wan es geschehen wird.

30. Ich werde hinfühxo nit vil mit euch reden: dan es kommt der Fürst diser Welt und hat nichts an mir.

31. Aber damit die Welt erkenne / daß ich den Vatter lieb habe und also thue / wie mir der Vatter befohlen hat: stehet auf / und lasset uns von hinnen gehen.

Das XV. Capitel.

I. Christus ist der rechte Weinstock / 1.

II. Vermahnt seine Jünger zur Liebe / 9. Und Gedult in der Widerwertigkeit / 17.

III. Verspricht abermal den Heiligen Geist / 26.

1. Ich bin der wahre Weinstock / und mein Vatter ist der Weingärtner.

2. Eine jegliche Reben an mir / die nit Frucht bringet / wird er hinweg nehmen: und eine jegliche Reben die Frucht bringet / wird er reinigen / auf daß sie mehr Frucht bringe.

3. Ihr seyd jetzt rein / von wegen der Red / so ich zu euch geredt hab.

4. Bleibet in mir / und ich in euch. Gleich wie eine Reb von ihr selbst nit kan Frucht bringen / sie bleibe dan am Weinstock: also auch ihr nit / ihr bleibet dan in mir.

5. Ich bin der Weinstock / ihr seyd die Reben: Wer in mir bleibet / und ich in ihm / der bringet vil Frucht: dan ohne mich könnet ihr nichts thun.

6. Wer in mir nit wird bleiben / der wird hinauß geworffen / wie ein Reb / und wird verdorren / und sie werden ihn zusammen lesen / und ins Feur werffen / und er wird brinnen /

7. So ihr in mir bleibet / und meine Wort in euch bleiben: so werdet ihr bitten / was ihr wollet / und es wird euch widerfahren.

8. Darin wird mein Vatter erkläret / daß ihr sehr vil Frucht bringet / und meine Jünger werdet.

II. 9. Gleichwie mich der Vatter geliebet hat also hab ich euch geliebet. Bleibet in meiner Lieb.

27. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet.

28. Audiſtis quia ego dixi vobis: Vado, & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem: quia Pater major me *p* eſt. (*p* ſc. quatenus homo ſum.)

29. Et nunc dixi vobis priùs quàm fiat: Ut cùm factum fuerit, credatis *q*. (*q* perfectiùs.)

30. Jam non multa loquar vobiſcum. Venit enim princeps mundi hujus, & in me non habet quidquam *r*. (*r* juris.)

31. Sed ut cognoſcat mundus quia diligo Patrem, & *s* ſicut mandatum dedit mihi Pater, ſic facio *t*. * Surgite, eamus hinc. (*s* Actor. 2. 23. *t* obedio uſque ad mortem.)

Caput XV.

I. Chriſtus vitis, Pater agricola, diſcipuli verò palmites. 1.

II. Præceptum de mutua dilectione iterat, & diſcipulos roborat adverſus perſecutiones, 9.

III. Iterum promittit eis Spiritum Sanctum. 26.

1. Ego † ſum vitis vera: & Pater meus agricola eſt. († Unius Mart. Temp. Pasch.)

2. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum: & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, ut fructum plus afferat.

3. *a* Jam vos mundi eſtis propter ſermonem, quem locutus ſum vobis. (*a* Sup. 13. 10.)

4. Manete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite: ſic nec vos, niſi in me manſeritis.

5. † Ego ſum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia ſine me nihil poteſtis facere. († Item Aliud Pro Eod.)

6. Si quis in me non manſerit *b*, mittetur foras ſicut palmes, & areſcet *c*, & colligent eum, & in ignem *d* mittent, & ardet. (*b* unitus fide & dilectione. *c* privatus Dei donis. *d* inferni.)

7. Si manſeritis in me, & verba mea in vobis manſerint: quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis.

8. In hoc clarificatus eſt *e* Pater meus, ut *f* fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei diſcipuli. (*e* certè glorificabitur. *f* pro, ſi.)

II. 9. Sicut dilexit me *g* Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. (*g* qua hominem.)

10. Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego Patris mei præcepta servavi, & maneo in ejus dilectione.

11. Hæc locutus sum vobis, ut gaudium meum *h* in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur.*

h de Dei visione & hominum salute.

12. † *i* Hoc est præceptum meum *l*, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos.

† In Vigil. Unius Apostoli.
i Sup. 13 34. Ephes. 5. 2. 1. Thess. 4. 9.
l præcipuum.

13. Majorē hac dilectionē nemo habet, ut animā suam ponat quis pro amicis suis.

14. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis.

15. Jam non dicam vos servos: quia servus nescit *m* quid faciat dominus ejus. Vos autem dixi amicos: quia omnia quæcumque audivi à Patre meo, nota feci vobis.

m plerumque.

16. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos, & posui vos *n* ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat: ut quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, det vobis.*

n Matth. 28. 19.

17. *o* † Hæc mando vobis, ut diligatis invicem.

o 1. Joan. 3. 11. & 4. 7.
† Apost. Simon. Et Jud.

18. Si mundus vos odit: scitote quia me priorem vobis odio habuit.

19. Si de mundo fuissetis: mundus quod suum erat diligeret: quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.

20. Mementote sermonis mei, quem ego dixi vobis: *p* Non est servus major domino suo. Si me persecuti sunt, & *q* vos persequentur: si sermonem meum *r* servaverunt, & vestrum servabunt.

p Sup. 13. 16. Matth. 10 24.
q Matth. 24. 9.
r saltem aliqui.

21. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum: quia nesciunt eum, qui misit me.

22. Si non venissem, & locutus fuissem eis, peccatum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo.

23. Qui me odit: & Patrem meum odit.

24. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt *s*, & oderunt & me, & Patrem meum

s opera mea.

25. Sed ut adimpleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est: *t* Quia odio habuerunt me gratis.*

t Psalm. 24. 19.

10. So ihr meine Gebott halten werdet / so werdet ihr in meiner Lieb bleiben: wie ich meines Vatters Gebott gehalten hab / und bleibe in seiner Lieb.

11. Diß hab ich zu euch geredet / auf daß mein Freud in euch sey / und euere Freud vollkommen werde.

12. Diß ist mein Gebott / daß ihr euch untereinander liebet / wie ich euch geliebet hab.

13. Niemand hat grössere Lieb / als daß er seine Seel für seine Freund setze.

14. Ihr seyd meine Freund / wan ihr thut / was ich euch gebiete.

15. Ich wil hinführo nit sagen / daß ihr Knecht seyd: dan ein Knecht weißt nit / was sein Herr thut. Aber euch hab ich Freund genennt: dan ich hab euch alles kund gethan / was ich von meinem Vatter gehöret hab.

16. Ihr habt mich nit erwöhlt: sondern ich hab euch erwöhlet: und hab euch verordnet *a* / daß ihr hingehen sollet / und Frucht bringen: und daß eur Frucht bleibe / und daß der Vatter euch alles gebe / was ihr ihn bitten werdet in meinem Namen.

17. Diß befehle ich euch / daß ihr euch untereinander liebet.

18. So euch die Welt hasset / so wisset / daß sie mich vor euch gehasset hat.

19. Wäret ihr von der Welt gewesen: so hätte die Welt das ihrig lieb. Dieweil ihr aber nit seyd von der Welt / sondern ich hab euch von der Welt außerwählet / darum hasset euch die Welt.

20. Gedencket an meine Wort / die ich euch gesagt habe: der Knecht ist nit grösser / dan sein Herr. Haben sie mich verfolget / so werden sie euch auch verfolgen: haben sie meine Wort gehalten so werden sie eure Wort auch halten.

21. Aber diß alles werden sie euch thun um meines Namens Willen: dieweil sie den nit kennen / der mich gesandt hat.

22. Wan ich nit kommen wäre / und mit ihnen geredt hätte / so hätten sie keine Sünd: nun aber haben sie keine Entschuldigung für ihre Sünd.

23. Wer mich hasset / der hasset auch meinen Vatter.

24. Wan ich die Werck unter ihnen nit gethan hätte / die niemand anders gethan hat / so hätten sie kein Sünd. Nun aber haben sie es gesehen / und hassen doch beyde / mich / und meinen Vatter.

25. Aber damit das Wort erfüllet werde / das in ihrem Gesatz geschriben stehet: Sie haben mich ohn Ursach gehasset.

a gesetzt

III. 26. Wan aber der Tröster kommen wird / den ich euch senden werde vom Vatter: der Geist der Wahrheit / der vom Vatter außgehet / derselbig wird von mir Zeugnuß geben:

27. Und ihr werdet auch Zeugnuß geben / dan ihr seyd von Anfang bey mir gewesen.

Das XVI. Capitel.

I. JEsus weissaget seinen Jüngern die künfftige Verfolgung und Trübsal/ 1.

II. Und seinen künfftigen Hintritt zu seinem himmlischen Vatter/ durch den zeitlichen Tod/ 5.

III. Verheisset ihnen aber / gewisse Verenderung und Erlösung / und unfehlbare Erhörung ihres Gebets/ 19.

1. Dise Ding hab ich euch gesagt / damit ihr euch nit ärgert:

2. Sie werden euch von den Schulen außschliessen: aber es kommt die Stund / daß ein jeglicher/ der euch tödtet/ vermeynen wird / er thue GOtt einen Dienst daran.

3. Und das werden sie euch darum thun dieweil sie weder meinen Vatter/ noch mich erkennen.

4. Aber solches hab ich zu euch geredet auf daß/ wan die Stund kommen wird / ihr daran gedencket/ daß ichs euch gesagt hab.

II. 5. Dises aber hab ich euch von Anfang nit gesagt: dan ich war bey euch. Nun aber gehe ich hin zu dem der mich gesandt hat/ und niemand unter euch fraget mich wo gehest du hin?

6. Sondern dieweil ich solches zu euch gesagt habe/ so ist euer Hertz voll Traurens worden.

7. Aber ich sage euch die Warheit: Es ist euch nutz daß ich hingehe: dan so ich nit werde hingehen/ so wird der Tröster nit zu euch kommen: so ich aber hingehen werde / so wil ich ihn zu euch senden.

8. Und wan derselbig kommen wird / so wird er die Welt straffen / um die Sünd / und um die Gerechtigkeit/ und um das Gericht.

9. Um die Sünd zwar / daß sie an mich nit geglaubet haben:

10. Um die Gerechtigkeit aber daß ich zum Vatter gehe und ihr mich hinführo nit mehr sehen werdet:

11. Um das Gericht aber / dieweil der Fürst diser Welt schon gerichtet ist.

12. Ich hab euch noch vil zusagen: aber ihr könnets jetzt nit tragen.

13. Wan aber der Geist der Warheit kommen wird / der wird euch alle Warheit lehren: dan er wird nit von ihm selbst reden: sondern alles/ was er hören wird/ das wird er reden/ und was zukünfftig ist/ das wird er euch verkündigen.

III. 26. *u* † Cùm autem venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me:

27. & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

u Luc. 24. 49.
† Dom. Inf. Oct. Ascens.

CAPUT XVI.

I. Discipulis prædicit persecutiones, 1.

II. Quòd eis expediat ut ipse vadat, quò veniat Paraclitus qui mundum arguat, ipsos doceat, Christum clarificet: 5.

III. Declarat quod dixerat: Modicum &c. *promittens omnia quæ à Patre ipsius nomine petant.* 19.

1. HÆc *a* locutus sum vobis, ut non scandalizemini.

2. Absque synagogis facient vos: sed venit hora, ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium *b* se præstare Deo.

3. Et hæc facient vobis, quia non noverunt Patrem, neque me.

4. Sed hæc locutus sum vobis: ut cùm venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.

II. 5. Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram: Et nunc † vado ad eum, qui misit me; & nemo ex vobis interrogat me, Quò vadis?

6. Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum.

7. Sed ego veritatem dico vobis: expedit vobis ut ego vadam si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos *c*: si autem abiero, mittam eum ad vos.

8. Et cùm venerit ille, arguet mundum de peccato, & de justitia, & de judicio.

9. De peccato quidem: quia non crediderunt in me:

10. de justitia verò: quia ad Patrem vado *d*: & jam non videbitis me:

11. de judicio autem: quia princeps hujus mundi jam judicatus est.

12. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modò.

13. Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem *e*, non enim loquetur à semetipso: sed quæcumque audiet loquetur, & quæ ventura sunt annuntiabit vobis.

a de mundi odio & persecutionibus.
b Græcè, latriam; Syr. oblationem.
† Dom. 4 Post Pasch.
c sic nempe decretum est a Deo.
d ascendo, qui Patet injustum non reciperet.
e quam oportet nosse.

14. Il-

f adeoque & divinitas.
† Dom. 3. Post Pasch.
g quia paulo pôst moriar.
h quia non multo pôst resurgam.
† Plur. Mart. Temp. Pasch.
l sc. me patiente & absente.
m pariendi & patiendi.
n beatis.
o felicitatis æternæ.
† Dom. 5. Post Pasch.
p Matth. 7. 7. & 21. 22. Marc. 11. 24. Luc. 11. 9. Supr. 14. 13. Jacob. 1. 5.
q post resurrectionem apertiùs, imò in cælo demonstrabo.
r beatitudinis.
s processi & missus sum.

14. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.
15 Omnia *f* quæcumque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. *
16. † Modicum, & jam non videbitis me *g*: & iterum modicum, & videbitis me *h*: quia vado ad Patrem.
17. Dixerunt ergo ex discipulis ejus ad invicem: Quid est hoc, quod dicit nobis: Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, & quia vado ad Patrem?
18. Dicebant ergo: Quid est hoc, quod dicit, Modicum? nescimus quid loquitur.
III. 19. Cognovit autem Jesus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis inter vos quia dixi, Modicum, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me.
20. † Amen, amen dico vobis: quia plorabitis *l*, & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.
21. Mulier cùm parit, tristitiam habet, quia venit hora *m* ejus: cùm autem pepererit puerum, jam non meminit pressuræ propter gaudium: quia natus est homo in mundum.
22. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudium vestrum nemo tollet à vobis *n*. *
23. Et in illo die *o* me non rogabitis quidquam. † *p* Amen, amen dico vobis: si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.
24. Usque modò non petistis quidquam in nomine meo: Petite, & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum.
25. Hæc in proverbiis locutus sum vobis. Venit hora cùm jam non in proverbiis loquar vobis. Sed palam de Patre annuntiabo *q* vobis.
26. In illo die *r* in nomine meo petetis: & non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis:
27. Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis, quia ego à Deo exivi.
28. Exivi *s* à Patre, & veni in mundum:

14. Derselbig wird mich verklären: dan er wirds von dem Meinen nehmen/ und euch verkündigen.
15. Alles/ was der Vatter hat/ das ist mein. Darum hab ich gesagt: Er wirds von dem Meinen nehmen/ und wirds euch verkündigen.
16. Uber ein Kleines/ so werdet ihr mich nit sehen: und abermal über ein Kleines/ so werdet ihr mich sehen: dan ich gehe zum Vatter.
17. Da sprachen etliche von seinen Jüngern untereinander: Was ist das/ das er zu uns saget: Uber ein Kleines/ so werdet ihr mich nit sehen: und abermal über ein Kleines/ so werdet ihr mich sehen und daß ich zum Vatter gehe.
18. Darum sprachẽ sie: Was ist das/ das er spricht: Uber ein Kleines? Wir wissen nit/ was er redet.
III. 19. JEsus aber merckete/ daß sie ihn fragen wolten/ und sprach zu ihnen: davon fraget ihr unter euch/ daß ich gesagt hab: Uber ein kleines/ so werdet ihr mich nit sehen/ und abermal über ein Kleines/ so werdet ihr mich sehen.
20. Warlich/ warlich sag ich euch/ ihr werdet weinen und heulen/ aber die Welt wird sich erfreuen: ihr aber werdet traurig seyn/ jedoch wird euere Traurigkeit in Freud verwandelt werden.
21. Ein Weib/ wan sie gebährt/ so hat sie Traurigkeit/ dan ihre Stund ist kommen: wan sie aber das Kind geboren hat/ so gedencket sie nit mehr an die Angst/ um der Freud willen/ daß ein Mensch in die Welt geboren ist.
22. Und ihr habt jetzt auch Traurigkeit/ aber ich wil euch widerum sehen/ und euer Hertz wird sich erfreuen/ und euere Freud wird niemand von euch nehmen.
23. Und an demselbigen Tag werdet ihr mich nichts fragen. Warlich/ warlich sag ich euch/ so ihr den Vatter etwas bitten werdet in meinem Namen/ so wird ers euch geben.
24. Bißher habt ihr nichts gebetten in meinem Namen: Bittet/ so werdet ihr empfangen/ auf daß euere Freud vollkommen sey.
25. Diß hab ich durch Sprichwort zu euch geredet. Es kommt aber die Stund/ daß ich nun nit mehr durch Sprichwort zu euch reden werde/ sondern werde es euch offentlich vom Vatter verkündigen.
26. An demselbigen Tag werdet ihr in meinem Namen bitten: und ich sag euch nit/ daß ich den Vatter für euch bitten wil.
27. Dan er der Vatter selbst hat euch lieb/ dieweil ihr mich geliebet habt/ und geglaubet/ daß ich von GOtt außgangen bin.
28. Ich bin vom Vatter außgangen/ und bin in die

die Welt kommen: widerum verlaß ich die Welt/ und gehe zum Vatter.

29. Da sprachen seine Jünger zu ihm: Sihe/ nun redest du offentlich/ und sagest kein Sprichwort.

30. Nun wissen wir/ daß dir alle Ding bekant seynd: und ist dir nit vonnöthen/ daß dich jemand frage: dadurch glauben wir/ daß du von GOtt außgangen bist.

31. JEsus antwortet ihnen: Glaubet ihr jetzt?

32. Sihe es kommt die Stund und ist schon kommen/ daß ihr zerstreuet werdet ein jeglicher in das Seinige und mich allein lasset: und ich bin doch nit allein/ dan der Vatter ist bey mir.

33. Diß hab ich zu euch geredet/ auf daß ihr Friden in mir habet. In der Welt werdet ihr Betrangnuß haben: aber seyd getröst/ ich hab die Welt überwunden.

Das XVII. Capitel.

I. JEsus bittet seinen Himmlischen Vatter um seine Verklärung/ 1.
II. Heiligung seiner Jünger/ 9.
III. Und aller der jenigen so durch ihr Predigen an ihn glauben werden/ 20.

1. DIß redete JEsus: und hube seine Augen auf gen Himmel/ und sprach: Vatter/ die Stund ist kommen/ verkläre deinen Sohn auf daß dich dein Sohn auch verkläre:

2. Wie du dan ihm Macht gegeben hast über alles Fleisch/ daß er allen denen/ die du ihm gegeben hast/ das ewige Leben gebe.

3. Diß ist aber das ewige Leben daß sie dich den wahren GOtt allein erkennen/ und den du gesandt hast JEsum Christum.

4. Ich hab dich verkläret auf Erden: Ich hab das Werck vollzogen/ das du mir zu thun gegeben hast:

5. Und nun du Vatter/ verkläre mich bey dir selbst mit der Klarheit/ die ich bey dir gehabt hab/ eh dan die Welt war.

6. Ich hab deinen Namen den Menschen offenbahret die du mir auß der Welt gegeben hast: sie waren dein/ und du hast sie mir gegeben: und sie haben dein Wort gehalten.

7. Nun haben sie erfahren/ daß alles/ was du mir gegeben hast/ von dir ist:

8. Dan ich hab ihnen die Wort gegeben die du mir gegeben hast: u. sie haben sie angenommen/ u. haben in der Warheit erkant/ daß ich von dir außgangen bin/ und haben geglaubet daß du mich gesandt hast.

II. 9. Ich bitte für sie: für die Welt bitte ich nit/ son-

iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.

29. Dicunt ei discipuli ejus: Ecce nunc palam loqueris, & proverbium nullum dicis.

30. Nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi ut quis te interroget: in hoc credimus quia à Deo existi. *

31. Respondit eis Jesus: Modo creditis?

32. *t* Ecce venit hora, & jam venit, ut dispergamini unusquisque in propria *u*, & me solum relinquatis: & non sum solus, quia Pater mecum est.

33. Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed confidite, ego vici *x* mundum.

t Matth. 26. 31. *Marc.* 14. 7.
u cujusque loca.
x i. vincam & faciam vincere.

CAPUT XVII.

I. Orat ad patrem pro utriusque clarificatione, 1.

II. Pro discipulis, 9.
III. Pro omnibus qui per illos in ipsum essent credituri, ut omnes sint unum, & cognoscant ipsum fuisse à Patre missum 20.

1. HÆc locutus est Jesus: & sublevatis oculis in cœlum, dixit: † Pater venit hora *a*, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te:

2. *b* Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne, quod dedisti ei, det eis vitam æternam.

3. Hæc est autem vita *c* æterna: Ut cognoscant te, solum Deum verum, & quem misisti Jesum Christum.

4. Ego te clarificavi *d* super terram: opus consummavi, quod dedisti mihi ut faciam:

5. & nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum, claritate, quam habui priùs, quàm mundus esset, apud te *e*.

6. Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo: Tui erant, & mihi eos dedisti: & sermonem tuum servaverunt.

7. Nunc cognoverunt quia omnia, quæ dedisti mihi, abs te sunt:

8. quia verba, quæ dedisti mihi, dedi eis & ipsi acceperunt, & cognoverunt verè quia à te exivi, & crediderunt quia tu me misisti.

II. 9. Ego pro eis rogo: Non pro mundo *f* ro-

† In Vigil. Ascension.
a sc. passionis.
b Matth. 28. 18.
c quæ hic inchoatur per fidem, & in cælo perficitur per visionem.
d vitâ, doctrina, signis.
e i. intelligant homines gloriam quam habeo apud te.
f nunc.

rogo, sed pro his, quos dedisti mihi: quia tui *g* sunt:

g sc. electi.

10. & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis.

11. Et jam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio.* Pater sancte, serva eos in nomine tuo *h*, quos dedisti mihi: ut sint unum, sicut & nos.

h propter te, tua virtute.

12. Cùm essem cum eis, ego servabam eos in nomine tuo. *l* Quos dedisti mihi, custodivi: & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis, *m* ut Scriptura impleatur.

l Infr. 18. 9. *m* Psalm. 108. 8.

13. Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis.

14. Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo *n*, sicut & ego non sum de mundo.

n mundi amatores.

15. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos à malo.

16. De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo.

17. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est.

18. Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum.

19. Et pro eis ego sanctifico *o* meipsum: ut sint & ipsi sanctificati *p* in veritate.

o offero in hostiam sanctam & sanctificationem. *p* tibi consecrati.

III. 20. Non pro eis autem rogo tantùm, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me:

21. ut omnes unum sint *q*, sicut tu Pater, in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis *r* unum sint: ut credat mundus, quia tu me misisti.

q inter se *r* nobiscum uniti.

22. Et ego claritatem *s*, quam dedisti mihi, dedi eis *t*: ut sint unum, sicut & nos unum sumus.

s gratiam & gloriam miraculorum &c. *t* communicavi.

23. Ego in eis, & tu in me: ut sint consummati *u* in unum: & cognoscat mundus quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti.

u perfectè uniti.

24. Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi sum ego, & illi sint mecum: ut videant claritatem meam, quam dedisti mihi *x*: quia dilexisti me ante constitutionem mundi.

x ut Deo, & ut homini.

25. Pater juste, mundus te non cognovit, ego autem te cognovi: & hi cognoverunt, quia tu me misisti.

dern für die jenige / die du mir gegeben hast / dan sie seynd dein.

10. Und alles was mein ist / das ist dein / und was dein ist / das ist mein / und ich bin in ihnen verkläret.

11. Und ich bin nun nit mehr in der Welt / dise aber seynd noch in der Welt / und ich komme zu dir. Heiliger Vatter / erhalte sie in deinem Namen die du mir gegeben hast / daß sie eins seyn / wie auch wir.

12. Als ich bey ihnen war / da erhielt ich sie in deinem Namen. Die du mir gegeben hast / hab ich bewahrt / und keiner auß ihnen ist verloren / als allein das Kind deß Verderbens / damit die Schrifft erfüllet werde.

13. Nun aber komm ich zu dir: und ich rede diß in der Welt / damit sie meine Freud in ihnen selbst vollkommen haben.

14. Ich hab ihnen dein Wort gegeben / u. die Welt hat sie gehasset / darum / daß sie nit von der Welt seynd / wie ich auch nit von der Welt bin.

15. Ich bitte nit / daß du sie auß der Welt nehmest / sondern daß du sie vor dem Bösen bewahrest.

16. Sie seynd nit von der Welt / wie ich auch nit von der Welt bin.

17. Heilige sie in der Warheit: dein Wort ist die Warheit.

18. Wie du mich in die Welt gesandt hast / also hab ich sie auch in die Welt gesandt.

19. Und ich heilige mich selbst für sie: auf daß sie auch geheiliget seyn in der Warheit.

III. 20. Ich bitte aber nit allein für sie / sondern auch für die jenige / welche durch ihr Wort an mich glauben werden:

21. Auf daß sie alle eins seyn / wie du Vatter in mir bist / und ich in dir / daß sie auch also in uns eins seyn. Damit die Welt glaube / daß du mich gesandt hast.

22. Und ich hab ihnen die Herrligkeit *a* gegeben die du mir gegeben hast: daß sie eins seyn / wie wir auch eins seynd.

23. Ich in ihnen / und du in mir: auf daß sie vollkommen seyn in einem: und die Welt erkenne / daß du mich gesandt hast / und daß du sie geliebet hast / gleich wie du mich hast geliebet.

24. Vatter / ich wil / daß / wo ich bin / auch die jenige mit mir seyn / so du mir gegeben hast: damit sie meine Klarheit sehen / die du mir gegeben hast: dann du hast mich geliebet / eh dan die Welt gegründet ward.

25. Gerechter Vatter / die Welt hat dich nit erkent: aber ich hab dich erkent: und dise haben auch erkent / daß du mich gesandt hast.

a Klarheit.

26. Und

26. Und ich hab ihnen deinẽ Namen kund gemacht/ u. wil ihn kund machen: auf daß die Lieb/ damit du mich geliebet hast/ in ihnen sey/ und ich in ihnen.

Das XVIII. Capitel.

I. JEsus gehet hinauß in den Garten / da er sich fangen last/ 1.
II. Wird geführt zu Anna und Caipha / da er von Petro verlaugnet/ und ein Backenstreich empfangt/ 12.
III. Wird Pilato überlifert / welcher ihn fragt / abhört / und wil loß sagen/ 28. Aber die Juden wollen lieber Barabbam/ einen Mörder loß haben/ als JEsum/ 39.

1. DA JEsus diß geredt hatte / gieng er mit seinen Jüngern hinauß über den Bach Cedron: daselbst war ein Garten/darein er gieng mit seinen Jüngern.

2. Judas aber der ihn verrieth / wuste auch dasselbig Ort: dan JEsus war offt mit seinen Jüngern dahin kommen.

3. Als nun Judas zu sich hatte genommen die Rott / und Diener der Hohenpriester/ und Phariseer / kam er dahin mit Leuchten *a* / und Facklen/ und Waffen.

4. Dieweil nun JEsus alles wuste/was ihm begegnen würde/ trat er hervor/ und sprach zu ihnen: Wen suchet ihr?

5. Sie antworteten ihm: JEsum von Nazareth. JEsus spricht zu ihnen: Ich bins. Es stund aber auch Judas bey ihnen / der ihn verrieth.

6. Als er nun zu ihnen sprach: Ich bins: Wichen sie zuruck/ und fielen nider auf die Erden.

7. Da fragte er sie abermal: Wen suchet ihr? Sie aber sprachen: JEsum von Nazareth.

8. JEsus antwortet: Ich hab euch gesagt/ daß ichs bin: Suchet ihr dan mich / so lasset dise gehen.

9. Damit das Wort erfüllet wurde / das er geredt hatte: Die du mir gegeben hast / von denen hab ich keinen verlohren.

10. Da hatte Simon Petrus ein Schwerdt/ und zoge es auß / und schluge den Knecht deß Hohenpriesters / und hieb ihm sein rechtes Ohr ab Deß Knechts Nam aber war Malchus.

11. Da sprach JEsus zu Petro: Stecke dein Schwerdt in die Scheid. Sol ich den Kelch nit trincken/ den mir mein Vatter gegeben hat?

II. 12. Aber die Rott/ und der Ober-Haubtmann/ und die Diener der Juden griffen JEsum an/ und bunden ihn:

13. Und führten ihn erstlich zu Anna/dan er war

a Laternen.

26. Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: ut dilectio, qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

Caput XVIII.

I. Jesus à Judæis capitur, illis primùm ad ipsius verbum in terram cadentibus. 1.
II. Ad Annam & Caipham ducitur: respondens interroganti Pontifici, alapa caditur: ter à Petro negatur: 12.
III. Ductus in prætorium, dicit Pilato suum regnum non esse de hoc mundo: Judæi Jesum mori cupiunt, soluto Barabba. 28.

1. HÆc cùm dixisset Jesus, † egressus est *a* cum discipulis suis trans Torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introivit ipse, & discipuli ejus.

† Passio Fer. 6. In Parasc.

a 2. Reg. 15. 23. Matth. 26. 36. Marc. 14. 32. Luc. 22. 39.

2. Sciebat autem & Judas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter Jesus convenerat illuc cum discipulis suis.

3. *b* Judas ergo cùm accepisset cohortem, & à Pontificibus, & Pharisæis ministros, venit illuc cum laternis, & facibus, & armis.

b Matth. 26. 47. Marc. 14 43. Luc. 22. 47.

4. Jesus itaque sciens omnia, quæ ventura erant super eum, processit *c*, & dixit eis: Quem quæritis?

c obviam.

5. Responderunt ei: Jesum Nazarenum. Dicit eis Jesus: Ego sum. Stabat autem & Judas, qui tradebat eum, cum ipsis.

6. Ut ergo dixit eis: Ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.

7. Iterùm ergo interrogavit eos: Quem quæritis? Illi autem dixerunt: Jesum Nazarenum.

8. Respondit Jesus: Dixi vobis, quia ego sum: si ergo me quæritis, sinite *d* hos abire.

d imperando dictum & factum est.

9. Ut impleretur sermo, quem dixit: *e* Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam.

e Supr. 17. 12.

10. Simon ergo Petrus habens gladium eduxit eum: & percussit pontificis *f* servum: & abscidit auriculam ejus dexteram. Erat autem nomen servo Malchus.

f summi.

11. Dixit ergo Jesus Petro: Mitte gladium tuum in vaginam. Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum?

II. 12. Cohors ergo, & tribunus, & ministri Judæorum comprehenderunt Jesum, & ligaverunt eum:

13. Et adduxerunt eum ad *g* Annam pri-

g Luc. 3. 2.

mùm,

mùm, erat enim ſocer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius.

h Supr. 11. 49.

14. Erat autem Caiphas, *h* qui conſilium dederat Judæis: Quia expedit, unum hominem mori pro populo.

15. Sequebatur autem Jeſum Simon Petrus, & alius diſcipulus. Diſcipulus autem ille erat notus pontifici, & introivit cum Jeſu in atrium pontificis.

l Matth. 26. 58. *Marc.* 14. 54. *Luc.* 22. 55.

16. Petrus autem ſtabat ad oſtium foris. *l* Exivit ergo diſcipulus alius, qui erat notus pontifici, & dixit oſtiariæ, & introduxit Petrum.

17. Dicit ergo Petro ancilla oſtiaria: Numquid & tu ex diſcipulis es hominis iſtius? Dicit ille: Non ſum.

18. Stabant autem ſervi, & miniſtri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant ſe: erat autem cum eis & Petrus ſtans, & calefaciens ſe.

m ſc. Caiphas. *n* quinam & in quem finem eſſent aſſumpti. *o* i. publicè *p* i. aſſiduè.

19. Pontifex *m* ergo interrogavit Jeſum de diſcipulis ſuis *n*, & de doctrina ejus.

20. Reſpondit ei Jeſus: Ego palam *o* locutus ſum mundo: ego ſemper *p* docui in ſynagogâ, & in templo, quò omnes Judæi conveniunt: & in occulto locutus ſum nihil.

21. Quid me interrogas: interroga eos, qui audierunt quid locutus ſim ipſis: ecce hi ſciunt quæ dixerim ego.

22. Hæc autem cùm dixiſſet, unus aſſiſtens miniſtrorum dedit alapam JESU, dicens: ſic reſpondes pontifici?

q Matth. 26. 57. *Marc.* 14. 53. *Luc.* 22. 54. *r* pro, miſerat autem.

23. Reſpondit ei Jeſus: Si malè locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: ſi autem benè, quid me cædis?

24 *q* Et miſit *r* eum Annas ligatum ad Caipham pontificem.

s Matth. 26. 69. *Marc.* 14. 67. *Luc.* 22. 56.

25. Erat autem Simon Petrus ſtans, & calefaciens ſe. *s* Dixerunt ergo ei: Numquid & tu ex diſcipulis ejus es? Negavit ille, & dixit: Non ſum.

26. Dicit ei unus ex ſervis pontificis, cognatus ejus, cujus abſcidit Petrus auriculam: Nónne ego te vidi in horto cum illo?

t Matth. 27. 2. *Marc.* 15. 1. *Luc.* 23. 1. *u* i. domo Caiphæ. *x Act.* 10. 28. & 11. 3.

27. Iterum ergo negavit Petrus: & ſtatim gallus cantavit.

III. 28. *t* Adducunt ergo Jeſum à Caipha *u* in prætorium. Erat autem manè: & ipſi non introierunt in prætorium, *x* ut non

deß Caiphä Schweher / welcher deſſelben Jahrs Hoherprieſter war.

14. Es war aber Caiphas der jenig / der den Juden den Rath gegeben hatte: Es wäre gut / daß ein Menſch für das Volck ſterbe.

15. Simon Petrus aber folgete JEſu nach / und ein anderer Jünger. Aber derſelbig Jünger war dem Hohenprieſter bekant / und gieng mit JEſu zu deß Hohenprieſters Hof hinein.

16. Petrus aber ſtund drauſſen an der Thür. Da gieng der andere Jünger hinauß / der dem Hohenprieſter bekant war / und redete mit der Thürhüterin / und führete Petrum hinein.

17. Da ſprach die Magd / die Thürhüterin / zu Petro: Biſt du nit auch von den Jüngern diſes Menſchen? Er ſprach: Ich bins nit.

18. Aber die Knecht und Diener ſtunden am Kolfeuer / und wärmeten ſich / dan es war kalt: Petrus aber ſtund auch bey ihnen / und wärmete ſich.

19. Der Hoheprieſter aber fragte JEſum um ſeine Jünger / und um ſeine Lehr.

20. JEſus antwortet ihm: Ich hab öffentlich vor der Welt geredet: Ich hab allzeit in der Schul **b** gelehret / und im Tempel / dahin alle Juden zuſammen kommen: und habe nichts im Verborgenen geredet.

21. Was fragſt du mich? Frage die / ſo gehöret haben / was ich zu ihnen geredet habe: ſihe / die wiſſen / was ich geſagt habe.

22. Als er aber diß geſagt hatte / gab einer von den Dienern / welche dabey ſtunden / Jeſu einen Backenſtreich / und ſprach: Antworteſtu alſo dem Hohenprieſter?

23. JEſus antwortet ihm: Hab ich übel geredet / ſo beweiß / daß es unrecht ſey: hab ich aber wol geredt / was ſchlägſt du mich dann?

24. Und Annas hatte ihn gebunden zu Caipha dem Hohenprieſter geſandt.

25. Aber Simon Petrus ſtund / und wärmete ſich. Da ſprachen ſie zu ihm: Biſt du nit auch von ſeinen Jüngern? Er laugnets / und ſprach: Ich bins nit.

26. Spricht einer von den Knechten deß Hohenprieſters zu ihm / ein Verwandter deß jenigen / dem Petrus das Ohr abgehauen hatte: Hab ich dich nit im Garten bey ihm geſehen?

27. Da laugnete Petrus abermal: und alsbald kräete der Han.

III. 28. Da führeten ſie JEſum von Caipha in das Richt-Hauß: Es war aber früh. Und ſie giengen nit in das Richt-Hauß / damit ſie nit verunrei-

b in der Synagog.

unreiniget wurden / sondern das Oster-Lamm essen möchten.

29. Derowegen gieng Pilatus zu ihnen hinauß / und sprach: Was bringet ihr für eine Klag wider disen Menschen?

30. Sie antworteten und sprachen zu ihm: Wan diser nit ein Ubelthäter wäre / so hätten wir ihn dir nit überantwortet.

31. Da sprach Pilatus zu ihnen: So nehmet ihr ihn hin / und richtet ihn nach euerm Gesatz. Die Juden sprachen zu ihm: Es ist uns nit zugelassen / jemand zu tödten.

32. Damit das Wort JEsu erfüllet wurde / so er gesagt hat anzudeuten / welches Tods er sterben wurde.

33. Da gieng Pilatus widerum in das Richt-Hauß / und rieff JEsu / und sprach zu ihm: Bist du der König der Juden?

34. JEsus antwortet: Sagest du das von dir selbst / oder habens dir andere von mir gesagt?

35. Pilatus antwortet: Bin ich dan ein Jud? dein Volck / und die Hohepriester haben dich mir überantwortet: Was hast du gethan?

36. JEsus antwortet: Mein Reich ist nit von diser Welt. Wan mein Reich von diser Welt wäre / so wurden meine Diener freylich für mich streiten / daß ich den Juden nit überantwortet würde: nun aber ist mein Reich nit von hinnen.

37. Da sprach Pilatus zu ihm: So bist du dan ein König? JEsus antwortet: Du sagsts / dan ich bin ein König. Ich bin darzu geboren / und bin darzu in die Welt kommen: daß ich der Warheit Zeugnuß gebe. Wer auß der Warheit ist / der höret meine Stimm.

38. Spricht Pilatus zu ihm: was ist die Warheit? Und als er diß gesagt hatte / gieng er widerum hinauß zu den Juden / und sprach zu ihnen: Ich finde keine Schuld an ihm.

39. Ihr habt aber eine Gewonheit / daß ich euch auf die Ostern einen loß gebe. Wollet ihr nun daß ich euch den König der Juden loß gebe?

40. Da rieffen sie wider alle miteinander und sprachen: Nit disen / sondern Barabbam: Barabbas aber war ein Mörder.

Das XIX. Capitel.

I. JEsus wird gegeisselt / und mit Dörnern gekrönt / und dem Volck von Pilato vorgestellt / 1.
II. Die Juden aber wollen ihn todt und gecreutzigt haben / 7.
III. Denen dan Pilatus zuletzt willfahrt / und JEsum zum Creutz verdammet / 16.

contaminarentur, sed ut manducarent Pascha *y*.

29. Exivit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: Quam accusationem affertis adversùs hominem hunc?

30. Responderunt, & dixerunt ei: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum.

31. Dixit ergo eis Pilatus: Accipite eum vos, & secundùm legem vestram judicate eum. Dixerunt ergo ei Judæi: Nobis non licet interficere *z* quemquam.

32. *a* Ut sermo Jesu impleretur, quem dixit, significans qua morte esset moriturus.

33. *b* Introivit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocavit Jesum, & dixit ei: Tu es rex Judæorum?

34. Respondit Jesus: A temetipso hoc dicis, an alii dixerunt tibi de me?

35. Respondit Pilatus: Numquid ego Judæus sum *c*? Gens tua, & pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti?

36. Respondit Jesus: Regnum meum non est de hoc mundo *d*: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent ut non traderer Judæis: nunc autem regnum meum non est hinc.

37. Dixit itaque ei Pilatus: Ergo rex es tu? Respondit Jesus: Tu dicis quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati *e*: omnis, qui est ex veritate, audit vocem meam.

38. Dicit ei Pilatus *f*: Quid est veritas? Et cùm hoc dixisset, iterum exivit ad Judæos, & dicit eis: Ego nullam invenio in eo causam.

39. *g* Est autem consuetudo vobis, ut unum dimittam vobis in Pascha. Vultis ergo dimittam vobis regem Judæorum?

40. Clamaverunt ergo rursum omnes, dicentes: Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas latro.

CAPUT XIX.

I. A Pilato flagellatus, & spinis coronatus, populo exhibetur, 1.
II. A Judæis ad mortem deposcitur: 7.
III. A Pilato meticuloso morti adjudicatus bajulat crucem, 16.

y paschales victimas & oblationes.

z supplicio crucis & in die festo.

a *Matth.* 20. 19.

b *Matth.* 27. 11. *Marc.* 15. 2. *Lucæ* 23. 3.

c sc. ut curem vestra de Messia promisso.

d sc. mundanum vel terrenum.

e imprimis isti quòd rex sim æternus, Messias verus.

f fastidiens, non seriò inquirens.

g *Matth.* 27. 15. *Marc.* 15. 6. *Luc.* 23. 17.

IV. Inter latrones crucifigitur; poſito ſuper crucem titulo, diviſisque à militibus veſtimentis: 18.
V. Matrem Joanni commendat; & aceto potatus, conſumatisque omnibus tradit ſpiritum: 25.
VI. Ex aperto ejus latere ſanguis & aqua profluit; denique corpus myrrhâ & aloe conditum ſepelitur. 31.

IV. Die Kriegs-Leut creutzigen JEſum / und theilen ſeine Kleider/ 18.
V. JEſus aber/ nachdem er Johanni ſeine Mutter anbefohlen/ verſcheidet mit geneigtem Haubt/ 25.
VI. Den Schächern werden die Bein gebrochen / JEſu aber wird kein Bein gebrochen/ ſondern ein Kriegs-Knecht öffnet ſeine Seiten mit einem Speer/ 31. Darauf wird der Leichnam JEſu von Joſeph und Nicodemo abgenommen und begraben/ 38.

a Matth. 27. 27. Marc. 15. 16.
1. TUnc *a* ergo apprehendit Pilatus Jeſum, & flagellavit *b*.

b volens placare Judæos, ut cœlum dimitterent
c i. pallio.
2. Et milites plectentes coronam de ſpinis, impoſuerunt capiti ejus: & veſte *c* purpurea circumdederunt eum.

3. Et veniebant ad eum, & dicebant: Ave rex Judæorum: & dabant ei alapas.

4. Exivit ergo iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras, ut cognoſcatis quia nullam invenio in eo cauſam.

d miſer & miſerabilis.
5. (Exivit ergo Jeſus portans coronam ſpineam, & purpureum veſtimentum) Et dicit eis: Ecce homo *d*.

6. Cùm ergò vidiſſent eum Pontifices, & miniſtri, clamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, & crucifigite: ego enim non invenio in eo cauſam.

e naturalem, nam adoptivos ſeipſos dicebant. *Joan.* 8. 41.
II. 7. Reſponderunt ei Judæi: Nos legem habemus, & ſecundùm legem debet mori, quia filium Dei *e* ſe fecit.

8. Cùm ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem, magis timuit.

9. Et ingreſſus eſt prætorium iterùm: & dixit ad Jeſum: Unde es tu? Jeſus autem reſponſum non dedit ei.

10. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te, & poteſtatē habeo dimittere te?

f i. permiſſum ſingulariter.
g Græcè, de ſupernis, i. cælo.
h populus Judæorum.
l tantæ dignitatis dominum.
11. Reſpondit Jeſus: Non haberes poteſtatem adverſùm me ullam, niſi tibi datum eſſet *f* deſuper *g*. Propterea *h* qui me *l* tradidit tibi, majus peccatum habet.

12. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Judæi autem clamabant dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. Omnis enim, qui ſe regem facit, contradicit Cæſari.

13. Pilatus autem cùm audiſſet hos ſermones, adduxit foras Jeſum: & ſedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithóſ-

1. DA nahm Pilatus JEſum / und geiſſelte ihn.

2. Und die Kriegsknecht flochten eine Kron von Dörner / und ſetzten ſie auf ſein Haubt: und thäten ihm ein Purpur-Kleid an.

3. Und traten zu ihm/ und ſprachen: Sey gegrüſſet / du König der Juden: und ſie gaben ihm Backenſtreich.

4. Da gieng Pilatus widerum herauß / und ſprach zu ihnen: Sehet / ich führe ihn zu euch herauß / damit ihr erkennet / daß ich keine Schuld an ihm finde.

5. Alſo gieng JEſus herauß/ und trug eine dörnere Kron / und Purpur Kleid. Und er ſprach zu ihnen: Sihe ein Menſch.

6. Als nun die Hoheprieſter und die Diener ihn ſahen / rieffen ſie/ und ſprachen: Creutzige ihn/ creutzige ihn. Pilatus ſpricht zu ihnen: Nehmet ihr ihne dan hin / und creutziget ihn: dan ich finde kein Schuld an ihm.

II. 7. Die Juden antworteten ihm: Wir haben ein Geſatz / und nach demſelbigen Geſatz muß er ſterben: dan er hat ſich ſelbſt zum Sohn GOttes gemacht.

8. Da nun Pilatus diſe Red hörte/ förchtete er ſich vilmehr.

9. Und er gieng widerum in das Richt-Hauß/ und ſprach zu JEſu: Woher biſt du? JEſus aber gab ihm keine Antwort.

10. Da ſprach Pilatus zu ihm: Redeſtu nit mit mir? weiſtu nit / daß ich Macht habe dich zu creutzigen/ und Macht habe dich loß zu geben?

11. JEſus antwortet: Du hätteſt keine Macht über mich / wan ſie dir nit wäre von Oben herab gegeben worden / darum / der mich dir überantwortet hat/ der hat eine gröſſere Sünd.

12. Von dem an / trachtete Pilatus darnach/ daß er ihn loß gebe. Die Juden aber rieffen und ſprachen: Laſſeſtu diſen loß / ſo biſtu deß Kayſers Freund nit: dan wer ſich zum König machet / der widerſpricht dem Kayſer.

13. Als aber Pilatus diſe Red hörete / führete er JESUM herauß: und ſetzte ſich auf den Richterſtul / an dem Ort / ſo auf Griechiſch Li-

thoſtro-

thostrotos / auf Hebreisch / Gabbatha genant
wird.
14. Es war aber der Rüst Tag für Ostern/um
die sechste Stund/und er sprach zu den Juden: Se-
het/ euer König.
15. Sie aber rieffen: Hinweg / hinweg mit
ihm/ creutzige ihn. Pilatus spricht zu ihnen: Sol
ich euern König creutzigen? Die Hohepriester ant-
worteten: Wir haben keinen König / als den
Kayser.
III. 16. Da überantwortet er ihn denen/ daß er ge-
creutziget würde. Da nahmen sie JEsum an/ und
führeten ihn hinauß.
17. Und er truge sein Creutz / und gieng hinauß
zu dem Ort das man die Schedelstatt nennet/ auf
Hebreisch aber Golgotha:
IV. 18. Da creutzigten sie ihn: und mit ihm zween
andere auf beyden Seiten: JEsum aber mitten
unter ihnen.
19. Und Pilatus schribe die Uberschrifft/und setzte
sie auf das Creutz: Es war aber geschriben: JE-
sus von Nazareth/ ein König der Juden.
20. Dise Uberschrifft lasen nun vil von den Ju-
den: dan das Ort war nah bey der Stadt/ da JE-
sus gecreutziget ward. Und es war auf Hebreisch/
Griechisch / und Lateinische Sprach geschri-
ben.
21. Da sprachen die Hohepriester der Juden zu
Pilato: Schreibe nit: der König der Juden:
sondern weil er hat gesagt; Ich bin der König der
Juden.
22. Pilatus antwortet: was ich geschriben hab/
das hab ich geschriben.
23. Da nun die Kriegs-Knecht JESUM
gecreutziget hatten / nahmen sie seine Kleider / und
machten vier Theil / einem jeglichen Kriegs-Knecht
ein Theil / darzu auch den Rock: der Rock aber
war ungeneet: von oben an gewürcket/ durch und
durch.
26. Da sprachen sie untereinander: Lasset uns ihn
nit zerschneiden / sondern das Loß darum werffen/
wessen er seyn sol. Damit die Schrifft erfüllet
wurde / die da spricht: Sie haben meine Kleider
unter sich getheilet/ u. haben über mein Gewand das
Loß geworffen. U. diß thäte zwar die Kriegsknecht.
V. 25. Es stunden aber neben dem Creutz JEsu/ sei-
ne Mutter/ und seiner Mutter Schwester/ Maria
Cleophä / und Maria Magdalene.
26. Da nun JEsus seine Mutter sahe / und
den Jünger dabey stehen / den er lieb hatte/
sprach er zu seiner Mutter: Weib / sihe / dein
Sohn.

trotos *m*, Hebraicè autem Gabba-
tha.
14. Erat autem Parasceve Paschæ, hora
quasi sexta, & dicit Judæis: Ecce rex ves-
ter.
15. Illi autem clamabant: Tolle, tol-
le, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Re-
gem vestrum crucifigam? Responderunt
Pontifices: Non habemus Regem, nisi
Cæsarem.
III. 16. Tunc ergo tradidit eis illum ut
crucifigeretur. Susceperunt *n* autem Je-
sum, & eduxerunt.
17. *o* Et bajulans sibi *p* crucem, exivit in
eum, qui dicitur Calvariæ locum, Hebrai-
cè autem Golgotha:
IV. 18. ubi crucifixerunt eum, & cum eo
alios duos, hinc, & hinc, medium autem
Jesum.
19. Scripsit autem & titulum Pilatus: &
posuit super crucem. Erat autem scrip-
tum: Jesus Nazarenus, rex Judæorum.
20. Hunc ergo titulum multi Judæo-
rum legerunt: quia propè civitatem erat
locus, ubi crucifixus est Jesus. Et erat
scriptum Hebraicè, Græcè & Lati-
nè.
21. Dicebant ergo Pilato Pontifices Ju-
dæorum: Noli scribere, Rex Judæo-
rum: sed quia ipse dixit: Rex sum Judæo-
rum.
22. Respondit Pilatus: Quod scripsi,
scripsi.
23. Milites ergo cùm crucifixissent
eum, *q* acceperunt vestimenta ejus (& fe
cerunt quatuor partes: unicuique militi
partem) & tunicam. Erat autem tunica
inconsutilis, desuper contexta per to-
tum.
24. Dixerunt ergo ad invicem: Non
scindamus eam, sed sortiamur de illa cujus
sit. Ut scriptura impleretur, dicens: *r*
Partiti sunt vestimenta mea sibi: & in ves-
tem meam miserunt sortem. Et milites
quidem hæc fecerunt.
V. 25. Stabant autem juxta crucem Jesu
mater ejus, & soror *s* matris ejus Maria
Cleophæ, & Maria Magdalene.
26. Cùm vidisset ergo Jesus matrem, &
discipulum stantem, quem diligebat, di-
cit matri suæ: Mulier *t*, ecce filius tu-
us *u*.

m i. lapide stratus.
n sc. milites.
o Matth. 27. 33. Marc. 15. 22. Luc. 23. 33.
p Græce suam.
q Matth. 27. 35. Marc. 15. 24. Luc. 23. 34.
r Psalm. 21. 19.
s cognata.
t Mulierem vocat ob multa mysteria.
u erit iste pro me tibi serviens &c.

27. Deinde dixit discipulo: Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua *x*.

x tecta, seu ædes. *Sa.*

28. Postea sciens Jesus quia omnia consummata sunt, *y* ut consummaretur Scriptura, dixit: Sitio.

y Psalm. 68. 22.

29. Vas ergo erat positum aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt ori ejus.

30. Cùm ergo accepisset Jesus acetum, dixit: Consummatum est *z*. Et inclinato capite tradidit spiritum *a*.

z opus redemtionis.
a animam in manus Patris.

VI. 31. Judæi ergo (quoniam parasceve erat) ut non remanerent in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille Sabbati) rogaverunt Pilatum ut frangerentur eorum crura, & tollerentur.

32. Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus est cum eo.

33. Ad Jesum autem cùm venissent, ut viderunt eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura:

34. sed unus militum lanceâ latus ejus aperuit, & continuò exivit sanguis, & aqua *b*.

b distincta à sanguine, quæ res fuit magni miraculi & mysterii.

35. Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimonium ejus. Et ille scit quia vera dicit: ut & vos credatis.

36. Facta sunt enim hæc, ut Scriptura impleretur: *c* Os non comminuetis ex eo.

c Exod. 12. 46. Num. 9. 12.

37. Et iterùm alia Scriptura dicit: *d* Videbunt in quem transfixerunt.

d Zach. 12. 10.

38. *e* Post hæc autem rogavit Pilatum Joseph ab Arimathæa (eo quod esset discipulus Jesu, occultus autem propter metum Judæorum) ut tolleret corpus Jesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Jesu.

e Matth. 27. 57. Marc. 15. 43. Luc. 23. 50.

39. Venit autem & Nicodemus, *f* qui venerat ad Jesum nocte primùm, ferens mixturam myrrhæ, & aloës, quasi libras centum.

f Sup. 3. 2.

40. Acceperunt ergo corpus Jesu, & ligaverunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Judæis sepelire.

41. Erat autem in loco, ubi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum

27. Darnach sprach er zu dem Jünger: Sihe / deine Mutter. Und von derselbigen Stund an / nahm sie der Jünger zu sich.

28. Darnach als JEsus wuste / daß alles vollbracht war / damit die Schrifft erfüllet wurde / sprach er: Mich dürstet.

29. Und es war ein Gefäß dahin gesetzt / voll Essig. Sie aber legten einen Schwamm / der mit Essig erfüllet war / um Isopen / und hielten ihm denselbigen an den Mund.

30. Da nun JEsus den Essig zu sich genommen hatte / sprach er: Es ist volbracht. Und er neigete das Haubt / und gab den Geist auf.

VI. 31. Die Juden aber / dieweil es der Rüst-Tag war / damit die Leichnam am Sabbat nit am Creutz bliben (dan es war der grosse Tag deß Sabbats) baten sie Pilatum / daß ihre Bein gebrochen / und sie abgenommen würden.

32. Da kamen die Kriegs-Knecht / und brachen dem Ersten die Bein / und dem andern / der mit ihm gecreutziget war.

33. Als sie aber zu JEsu kamen / und sahen / daß er schon gestorben war / brachen sie ihm die Bein nit:

34. Sondern einer von den Kriegsknechten eröffnete seine Seiten mit einem Speer / und alsbald gieng Blut und Wasser herauß.

35. Und der das gesehen hat / der hat Zeugnuß davon gegeben: und seine Zeugnuß ist wahr. Und er weißt / daß er die Warheit saget: auf daß ihr auch glaubet.

36. Dan diß ist geschehen / damit die Schrifft erfüllet werde: Ihr sollet an ihm kein Bein zerbrechen.

37. Und abermal spricht eine andere Schrifft: Sie werden sehen / in welchen sie gestochen haben.

38. Nach disem aber bat Pilatum Joseph von Arimathäa (dieweil er auch ein Jünger JESU war / doch in Geheim auß Forcht der Juden) daß er den Leichnam JEsu abnehmen möchte. Und Pilatus ließ es zu. Also kam er / und nahm den Leichnam JEsu ab.

39. Es kam aber auch Nicodemus / der zuvor bey der Nacht zu JEsu kommen war / und brachte Myrrhen und Aloe untereinander gemenget / bey die hundert Pfund.

40. Also nahmen sie den Leichnam JEsu / und bunden ihn in leinene Tücher mit Specereyen: wie bey den Juden der Gebrauch ist zu begraben.

41. Es war aber an demselbigen Ort / da er gecreutziget ward / ein Garten / und im Garten ein

neues

neues Grab / in welches noch niemand war gelegt worden.

42. Daselbst legten sie JEsum hin / wegen deß Rüst-Tags der Juden / dieweil das Grab nah bey Handen war.

Das XX. Capitel.

I. Magdalena besucht deß Sonntags früh das Grab / und befindt den Stein abgewelzet / 1. auch Petrus und Johannes gehen / und finden nit im Grab den Leib Christi / weil er auferstanden / 2.

II. Magdalena / sihet zween Engel / endlich den HErrn selbst / der ihr befihlt / sein Auferstehung den Jüngern anzuzeigen / 11.

III. Am Abend erschin JEsus den Jüngern in Abwesen Thomä / welcher den andern kein Glauben wil geben / 19.

IV. Den achten Tag darnach / wie auch Thomas gegenwärtig war / erscheint JEsus widerum / und bekehrt Thomam von seinem Unglauben / 26.

I. ABer am ersten Tag der Wochen / kam Maria Magdalene deß Morgens früh zum Grab / da es noch tunckel war : und sie sahe / daß der Stein vom Grab hinweg gethan war.

2. Da lieff sie hin / und kam zu Simon Petro / und zu dem andern Jünger / den JEsus lieb hatte / und sprach zu ihnen : Sie haben den HErrn auß dem Grab genommen / und wir wissen nit / wo sie ihn hingelegt haben.

3. Da gieng Petrus / und der andere Jünger hinauß / und kamen zum Grab.

4. Sie lieffen aber beyde miteinander / und der andere Jünger lieff voran / schneller dan Petrus / und kam erstlich zum Grab :

5. Und er neigete sich hinein / und sahe die leinene Tücher ligen / er gieng aber nit hinein.

6. Da kam auch Simon Petrus / der ihm folgete / und gieng in das Grab hinein / und sah die leinene Tücher ligen /

7. Und das Schweiß-Tuch / das um sein Haubt gewesen war / nit bey den leinenen Tüchern ligen : sondern absonderlich zusammen gewickelt an einem Ort.

8. Da gieng auch der andere Jünger hinein der erstlich zum Grab kommen war / und sahe es / und glaubets.

9. Dan sie wusten die Schrifft noch nit / daß er von den Todten widerum auferstehen muste.

10. Also giengen die Jünger widerum hinweg in ihr Hauß.

II. 11. Maria aber stund draussen bey dem Grab / und weinete. Da sie nun also weinete / neigete sie sich / und sahe in das Grab :

novum, in quo nondum quisquam positus erat.

42. Ibi ergo propter Parasceven *g* Judæorum, quia juxtà erat monumentum, posuerunt Jesum.*

g Syr. quia Sabbatum intrabat, quo sc. non licebat operari.

Caput XX.

I. Maria Magdalene prima venit ad monumentum, deinde Petrus & Joannes : 1.

II. Illa plorans ad monumentum videt Angelos, tandémque Jesum agnoscit : 11.

III. Jesus apparens Apostolis, pacem illis optat; & ostensis manibus ac latere, dat eis Spiritum sanctum, ut peccata remittant ac retineant : 19.

IV. Rursum non credenti Thomæ apparens cum reliquis discipulis, corpus præbet palpandum; & beatos dicit, qui non videntes crediderunt. 26.

I. UNa *a* † autem sabbati *b*, Maria Magdalene venit manè *c*, cùm adhuc tenebræ essent, ad monumentum : & vidit lapidem sublatum à monumento.

2. Cucurrit ergo, & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum, quem amabat Jesus, & dicit illis : Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus ubi posuerunt eum.

a i. prima. † Sabb. In Albis. *b* i. hebdomadæ. *c* Matth. 28. 1. Marc. 16. 1. Luc. 24. 1.

3. Exiit ergo Petrus, & ille alius discipulus, & venerunt ad monumentum.

4. Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcucurrit citiùs Petro, & venit primus *d* ad monumentum.

5. Et cùm se inclinasset *e*, vidit posita linteamina, non tamen introivit *f*.

6. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introivit in monumentum, & vidit linteamina posita,

d prior. *e* ad ostium. *f* nempe Petrum expectabat.

7. & sudarium, quod fuerat super caput ejus, non cum linteaminibus positum, sed separatim involutum in unum locum.

8. Tunc ergo introivit & ille discipulus, qui venerat primus ad monumentum : & vidit, & credidit *g* :

9. nondum enim sciebant *h* Scripturam, quia oportebat eum à mortuis resurgere.*

10. Abierunt ergo iterùm discipuli ad semetipsos.

II. 11. † Maria autem *l* stabat *m* ad monumentum foris, plorans : Dum ergo fleret, inclinavit se, & prospexit in monumentum :

g sublatum esse ut Maria dixerat. *h* plenè intelligebant. † Feria 5. PostPasch. *l* reverà cum aliis mulieribus. *m* cùm aliæ recessissent.

12. &

n Matth. 28. 3. *Marc.* 16. 5. *Luc.* 24. 4.

12. & vidit duos angelos in albis *n*, sedentes, unum ad caput, & unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Jesu.

13. Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum: & nescio ubi posuerunt eum.

14. Hæc cùm dixisset, conversa est retrorsum, & vidit Jesum stantem: & non sciebat quia Jesus est.

15. Dicit ei Jesus: Mulier, quid ploras? quem quæris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi ubi posuisti eum: & ego eum tollam.

o voce consueta.

16. Dicit ei Jesus *o*: Maria. Conversa illa, dicit ei: Rabboni (quod dicitur Magister)

p i. ascendam post aliquot dies.

17. Dicit ei Jesus: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum: vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo *p* ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum.

18. Venit Maria Magdalene annuntians discipulis: Quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi.*

q Marc. 16. 14. *Luc.* 24. 36. 1. *Cor.* 15. 5.
† Dom. In Albis.

III. 19. *q* † Cùm ergo serò esset die illo, una sabbatorum, & fores essent clausæ ubi erant discipuli congregati propter metum Judæorum: venit Jesus, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis.

20. Et cùm hoc dixisset, ostendit eis manus, & latus. Gavisi sunt ergo discipuli, viso Domino.

r simili cum potestate sine & auctoritate.

21. Dixit ergo eis iterùm: Pax vobis. Sicut misit me Pater, & ego mitto vos *r*.

s spirituale & singulare munus & donum.

22. Hæc cùm dixisset, insufflavit: & dixit eis: Accipite Spiritum sanctum *s*:

t Matth. 18. 18.

23. *t* quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.

† In Festo S. Thom.

24. † Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Jesus.

25. Dixerunt ergo ei alii discipuli: Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis: Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus ejus, non credam.

12. Und sie sah zween Engel in weissen Kleidern sitzen / den einen zum Haubt / den andern zun Füssen / da der Leichnam JEsu war hingelegt gewesen.

13. Und sie sprachen zu ihr: Weib/was weinest du? Sie sprach zu ihnen: Sie haben meinen HErrn hinweg genommen / und ich weiß nit / wo sie ihn hingelegt haben.

14. Als sie das gesagt hatte/ wandte sie sich um/ und sahe JEsum stehen: sie wuste aber nit/ daß es JEsus war.

15. JEsus spricht zu ihr: Weib/was weinestu? Wen suchestu? Sie vermeinte/es wäre ein Gärtner / und sprach zu ihm: HErr / hast du ihn hinweggenommen so sage mir / wo du ihn hast hingelegt/ so wil ich ihn holen.

16. JEsus spricht zu ihr: Maria. Da wandte sie sich um / und sprach zu ihm / Rabboni / das ist gesagt: Meister.

17. Spricht JEsus zu ihr: Rühre mich nit an/ dan ich bin noch nit aufgefahren zu meinem Vatter: gehe aber hin zu meinen Brüdern/ und sprich zu ihnen: Ich fahre hinauf zu meinem Vatter/ und zu euerm Vatter / zu meinem GOtt / und zu euerm GOtt.

18. Da kam Maria Magdalene / und verkündigte den Jüngern: Ich habe den HErrn gesehen/ und diß hat er zu mir gesagt.

III. 19. Da es nun Abend war / am selbigen Tag/ am ersten in der Wochen/ und die Thür verschlossen war / da die Jünger versamlet waren auß Forcht der Juden. kam Jesus/ und stund mitten unter sie und sprach zu ihnen: Der Frid sey mit euch.

20. Und als er das gesagt / zeigte er ihnen seine Händ / und seine Seit. Da wurden die Jünger froh/ daß sie den HErrn sahen.

21. Und er sprach abermal zu ihnen: Der Frid sey mit euch. Wie mich der Vatter gesandt hat, also sende ich euch.

22. Da er diß gesagt hatte/ bließ er sie an / und sprach zu ihnen: Nehmet hin den Heiligen Geist:

23. Welchen ihr die Sünd vergebet, denen seynd sie vergeben: und welchen ihr sie behaltet / denen seynd sie behalten.

24. Thomas aber einer von den Zwölffen / der Zwilling genant wird/ war nit bey ihnen / als JEsus kam.

26. Da sprachen die andere Jünger zu ihm: Wir haben den HErrn gesehen. Er aber sprach zu ihnen: Es sey dan / daß ich die Mahl der Nägel in seinen Händen sehe/ und lege meinen Finger in die Mahl der Nägel / und lege meine Hand in seine Seiten/ so wil ichs nit glauben.

IV. 26.

IV.26. Und über acht Tag hernach warẽ seine Jünger abermal darin und Thomas mit ihnen: da kam Jesus/als die Thüren verschlossen waren/und stund mitten unter sie und sprach: Der Frid sey mit euch.

27. Darnach sprach er zu Thoma: Reiche deinen Finger her / und sihe meine Händ / und reiche deine Hand her / und lege sie in meine Seiten: und sey nit unglaubig / sondern glaubig.

28. Thomas antwortet / und sprach zu ihm: Mein HErr/ und mein GOtt.

29. Jesus sprach zu ihm. Dieweil du mich gesehen hast/Thoma/so hast du geglaubet: seelig seynd/ die nit gesehen haben / und haben doch geglaubet.

30. Es hat zwar JEsus auch vil andere Zeichen gethan vor dem Angesicht seiner Jünger/die nit geschriben seynd in disem Buch.

31. Dise aber seynd geschriben/auf daß ihr glaubet/ daß JEsus sey Christus/ der Sohn GOttes: und daß ihr durch den Glauben das Leben habt in seinem Namen.

Das XXI. Capitel.

I. JEsus offenbahret sich am Meer Tiberiadis/ 1.
II. Befihlt Petro/dreymal/seine Schaaf und Lämmer zu weyden/ 15.
III. Zeigt ihm auch an/ daß er solte gecreutzigt werden/ 18.
IV. Und daß Johannes auf die Weiß / wie er / nicht sterben würde/ 20.

1. DArnach offenbahrete sich JEsus den Jüngern abermal an dem Meer Tiberiadis: Er offenbahrte sich aber auf dise Weiß.

2. Es waren beysamen Simon Petrus/und Thomas/der Zwilling genant wird/und Nathanael/der von Cana in Galiläa war/ und die Söhn Zebedäi/ und andere zween von seinen Jüngern.

3. Da sprach Simon Petrus zu ihnen: Ich gehe hin zu fischen. Sie sprachẽ zu ihm: Wir wollen auch mit dir gehen. Und sie giengen hinauß/und traten in ein Schiff:u. in derselbigen Nacht fiengen sie nichts.

4. Nachdem es aber war Morgen worden/ stund JEsus an dem Ufer: doch wusten die Jünger nit/ daß es JEsus war.

5. Da sprach JEsus zu ihnen: Ihr Kinder/ habt ihr nichts zu essen? Sie antworteten Ihm: Nein.

6. Er sprach zu ihnen: Werffet das Netz auß zur rechten Seiten deß Schiffs / so werdet ihr etwas finden. Da wurffen sie das Netz auß / und konten dasselbig nit ziehen/vor Menge der Fischen.

7. Da sprach der Jünger / den JEsus lieb hatte/ zu Petro: Es ist der HErr. Als Simon Pe-

IV. 26. Et post dies octo, iterum erant discipuli ejus intùs: & Thomas cum eis. Venit Jesus januis clausis, & stetit in medio, & dixit: Pax vobis.

27. Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide *u* manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis.

u i. oculis & manibus explora veritatem carnis & vulnerum.

28. Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus.

29. Dixit ei Jesus: Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati, qui non viderunt, & crediderunt.*

30. *x* Multa quidem, & alia signa fecit Jesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc.

x *Infr.* 21. 25.

31. Hæc autem scripta sunt ut credatis, quia Jesus est Christus Filius Dei: & ut credentes, vitam habeatis in nomine ejus *y*.*

y per Christi merita & Sacramenta.

CAPUT XXI.

I. Piscantibus discipulis apparens comprehendere facit Jesus copiosam piscium multitudinem; 1.
II. De amore in se ter interrogans Petrum committit ei pascendas oves; 15.
III. Eumque de futura passione sua admonet, 18.
IV. De Joannis morte curiosè scrutanti apertè non respondet. 20.

1. POstea † manifestavit se iterum Jesus discipulis ad mare Tiberiadis *a*. Manifestavit autem sic:

† Fer. 4. Post. Pasch.
a seu Galilææ quod & stagnum Genesareth.

2. Erant simul Simon Petrus, & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat à Cana Galilææ, & filii Zebedæi, & alii ex discipulis ejus duo.

3. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei: Venimus & nos tecum. Et exierunt, & ascenderunt in navim: & illa nocte nihil prendiderunt.

4. Manè autem facto stetit Jesus in littore: non tamen cognoverunt discipuli quia Jesus est.

5. Dixit ergo eis Jesus: pueri numquid pulmentarium *b* habetis? Responderunt ei: Non.

b i. obsonium quod cum pane vel pulte solet comedi.

6. Dicit eis: Mittite in dexteram navigii rete; & invenietis. Miserunt ergo & jam non valebant illud trahere præ multitudine piscium.

7. Dixit ergo discipulus ille, quem diligebat Jesus, Petro: Dominus est. Simon

Petrus cùm audiſſet quia Dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe (erat enim nudus) & miſit ſe in mare.

8. Alii autem diſcipuli navigio venerunt (non enim longè erant à terra, ſed quaſi cubitis ducentis) trahentes rete piſcium.

9. Ut ergo deſcenderunt in terram, viderunt prunas poſitas, & piſcem ſuperpoſitum, & panem.

10. Dicit eis Jeſus: Afferte de piſcibus, quos prendidiſtis nunc.

11. Aſcendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piſcibus centum quinquaginta tribus. Et cùm tanti eſſent, non eſt ſciſſum rete.

12. Dicit eis Jeſus: Venite, prandete. Et nemo audebat diſcumbentium interrogare eum: Tu quis es? ſcientes, quia Dominus eſt.

13. Et venit Jeſus, & accipit panem, & dat eis, & piſcem ſimiliter.

c multis ſimul.

14. Hoc jam tertiò manifeſtatus eſt Jeſus diſcipulis ſuis *c*, cùm reſurrexiſſet à mortuis. *

† In Vigil. Apostol. Petri et Pauli.

d certè.

e Græcè, rege ut paſtor.

II. 15. Cùm ergo prandiſſent, † dicit Simoni Petro Jeſus: Simon Joannis diligis me plus his? Dicit ei: Etiam *d* Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei: Paſce *e* agnos meos.

16. Dicit ei iterum: Simon Joannis, diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu ſcis quia amo te. Dicit ei: Paſce agnos meos.

f hic Petro datæ ſunt claves, poteſtas & auctoritas paſcendi omnes Chriſti oves.

17. Dicit ei tertiò: Simon Joannis, amas me? Contriſtatus eſt Petrus, quia dixit ei tertiò, Amas me? & dixit ei: Domine tu omnia noſti: tu ſcis quia amo te. Dixit ei: Paſce oves meas *f*.

g 2. Petr. 1. 14.

h in cruce.

l appetitu naturali.

III. 18. *g* Amen, amen dico tibi: cùm eſſes junior, cingebas te, & ambulabas ubi volebas: cùm autem ſenueris, extendes *h* manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis *l*.

† Sanct. Joan Apost.

m ſc. Eccleſiam gubernando denique & morte.

19. Hoc autem dixit, ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deum *. Et cùm hoc dixiſſet †, dicit ei: Sequere me *m*.

n Supr. 13. 23.

IV. 20. Converſus Petrus vidit illum diſcipulum, quem diligebat Jeſus, ſequentem, *n* qui & recubuit in cœna ſuper

trus hörete / daß es der HErr war / gürtete er den Rock um ſich / dan er war nacket *a* / und ließ ſich ins Meer.

8. Die andere Jünger aber kamen im Schiff: (dan ſie waren nit weit vom Land / ſondern bey die zweyhundert Elen) und zogen das Netz mit den Fiſchen.

9. Da ſie nun aufs Land hinauß ſtigen / ſahen ſie Kolen angelegt / und einen Fiſch darauf ligen / und Brod.

10. JEſus ſpricht zu ihnen: Bringt her von den Fiſchen / die ihr jetzt gefangen habt.

11. Simon Petrus ſtig hinein / und zoge das Netz aufs Land / das voll groſſer Fiſch war / hundert drey und fünffzig. Und wiewol ihrer ſo vil waren / ſo zeriſſe doch das Netz nit.

12. Da ſprach JEſus zu ihnen: Kommet / und eſſet zu Mittag. Und niemand von denen / die ſich ſetzten / darffte ihn fragen: Wer biſt du? dieweil ſie wuſten / daß es der HErr war.

13. Und JEſus kam / und nahm das Brod / und gab es ihnen / und den Fiſch ingleichem.

14. Diß iſt nun das dritte mal / daß ſich JEſus ſeinen Jüngern offenbahret hat / nachdem er von den Todten auferſtanden war.

II. 15. Als ſie nun zu Mittag geſſen hatten / ſpricht JEſus zu Simon Petro. Simon Johannis / haſt du mich lieber / dan diſe? Er ſpricht zu ihm: Ja HErr du weiſt / daß ich dich lieb hab. Er ſpricht zu ihm: Weyde meine Lämmer.

16. Abermal ſpricht er zu ihm: Simon Johannis / haſt du mich lieb? Er ſpricht zu ihm: Ja HErr / du weiſt daß ich dich lieb hab. Da ſpricht er zu ihm: Weyde meine Lämmer.

17. Zum drittenmal ſpricht er zu ihm: Simon Johannis haſtu mich lieb? Da ward Petrus traurig / daß er zum drittenmal zu ihm ſagte: Haſtu mich lieb? und ſprach zu ihm: HErr / du weiſt alle Ding / du weiſt daß ich dich lieb hab. Da ſprach er zu ihm: Weyde meine Schaaf.

III. 18. Warlich warlich ſag ich dir: Da du jünger wareſt / umgürteſtu dich ſelbſt / u. wandelteſt / wohin du wolteſt: wan du aber wirſt alt werden / ſo wirſtu deine Händ außſtrecken / und ein anderer wird dich umgürten / u. wird dich führen / wohin du nit wilſt.

19. Das ſagt er aber anzuzeigen mit welchem Tod er GOtt preiſen würde. Und als er diß geſagt hatte / ſprach er folge mir nach.

IV. 20. Da wandte ſich Petrus um / und ſah den Jünger folgen / den JEſus lieb hatte / der auch im Abendmahl auf ſeiner Bruſt geruhet hatte / und

a neml. allein mit dem Unterkleid angethan.

ge=

gesagt: HERR/ wer ists / der dich verrathen wird.

21. Da nun Petrus disen sahe/ sprach er zu JEsu: HErr/ was sol aber diser?

22. JEsus spricht zu ihm: Ich wil / daß er also bleibe / biß daß ich komme / was gehets dich an? Folge du mir nach.

23. Da gieng eine Red auß unter den Brüdern: Diser Jünger stirbet nit. Und JEsus sagte nit zu ihm: Er stirbet nit. Sondern: Ich wil/ daß er also bleibe/ biß daß ich komme / was gehets dich an?

24. Diß ist der Jünger / der Zeugnuß gibt von disen Dingen / und hat diß geschriben: und wir wissen / daß seine Zeugnuß wahr ist.

25. Es seynd aber vil andere Ding mehr/die JEsus gethan hat: welche wan sie solten absonderlich geschriben werden/ so halte ich dafür / daß auch die Welt die Bücher nit würde begreiffen können/ die zu schreiben wären.

pectus ejus, & dixit: Domine quis est qui tradet te?

21. Hunc ergo cùm vidisset Petrus, dixit Jesu: Domine, hic autem quid *o*?

22. Dicit ei Jesus: Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere.

23. Exiit ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Jesus: Non moritur? sed: Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te?

24. Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc: & scimus, quia verum est testimonium ejus. *

25. *p* Sunt autem & alia multa, quæ fecit Jesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.

o faciet.

p Supr. 20. 30.

Die Geschichten der Apostlen.

Das I. Capitel.

I. Christus verheisset seinen Jüngern den Heiligen Geist/ 4.

II. Fahrt gen Himmel/ 9.

III. Die Apostel erwehlen an Judas Stadt Matthiam/ 23.

DJe erste Red hab ich zwar gethan/ O Theophile / von allem dem / was JEsus anfieng zu thun und zu lehren/

2. Biß auf den Tag/ da er ist aufgenommen worden/nachdem er den Apostlen / die er außerwehlet hat / durch den Heiligen Geist Befehl gegeben hatte:

3. Denen er auch sich selbst nach seinem Leyden lebendig erzeiget/durch vilerhand unfehlbare Zeichen/ und offenbahrte sich ihnen viertzig Tag lang / und redete mit ihnen vom Reich GOttes.

I.4. Er aß auch mit ihnen/ und befahl ihnen/ daß sie von Jerusalem nit weichen solten / sondern warten auf die Verheissung deß Vatters: welche ihr / (sprach er) auß meinem Mund gehöret habt:

5. Dan Johannes hat zwar mit Wasser getauffet/ ihr aber sollet mit dem Heiligen Geist getauffet werden/ nit lang nach disen Tagen.

ACTUS APOSTOLORUM.

CAPUT I.

I. JEsus promittens Apostolis Spiritum Sanctum, 4.

II. In cælum ascendit, 9.

III. In locum Judæ proditoris, præmissis precibus, Matthias surrogatur. 23.

PRimum † quidem sermonem *a* feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit Jesus facere, & docere,

2. usque in diem, *b* quâ præcipiens Apostolis per Spiritum sanctum, quos elegit, assumptus est *c*:

3. quibus & præbuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei *d*.

I. 4. Et convescens, *e* præcepit eis ab Jerosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem Patris, *f* quam audistis (inquit) per os meum:

5. quia Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini *g* Spiritu sancto non post multos hos dies.

† IN DIE ASCENS.

a priorem librum seu Evangelium.

b Maii nostri 14. ann. Æræ vulg. 33. qui cum ann. à Creatione 4036. in præcedent. Octobr. inchoato, concurrit.

c non aliena sed proprie virtute.

d i. Ecclesia.

e Luc. 24. 49. *Joan.* 14. 26.

f Matth. 3. 11. *Marc.* 1. 8. *Luc.* 3. 16. *Joann.* 1. 26.

g replebimini excellenti modo.

h i. num.

6. Igitur qui convenerant, interrogabant eum, dicentes: Domine, si *h* in tempore hoc restitues regnum Israel?

7. Dixit autem eis: Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate:

i Infr. 2. 2.
l. Luc. 24. 48.

8. *i* sed accipietis virtutem supervenientis Spiritûs sancti in vos, & *l* eritis mihi testes in Jerusalem, & in omni Judæa, & Samaria, & usque ad ultimum terræ.

m i. subduxit.

II. 9. Et cum hæc dixisset, videntibus illis, elevatus est: & nubes suscepit *m* eum ab oculis eorum.

n angeli in specie viri- li.

10. Cúmque intuerentur in cælum euntem illum, ecce duo viri *n* astiterunt juxta illos in vestibus albis,

11. qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? hic Jesus, qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. *

o Syrus ait 7. stadia.

12. Tunc reversi sunt Jerosolymam à monte, qui vocatur Oliveti, qui est juxta Jerusalem, sabbati habens iter. *o*

p filius.
q frater.

13. Et cùm introissent in cœnaculum, ascenderunt ubi manebant Petrus, & Joannes, Jacobus, & Andreas, Philippus, & Thomas, Bartholomæus, & Matthæus, Jacobus Alphæi *p*, & Simon Zelotes, & Judas Jacobi *q*.

r i. cognatis.

14. Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus, & Maria matre Jesu, & fratribus ejus *r*.

† Sanct. Matth. Apost.
s ut caput & pastor Ecclesiæ, ait Chrysost.

15. † In diebus illis exurgens Petrus *s* in medio fratrum dixit (erat autem turba hominum simul, ferè centum viginti)

t Psalm. 40. 10. Joan. 13. 18.

16. Viri fratres, oportet impleri Scripturam, *t* quam prædixit Spiritus sanctus per os David de Juda, qui fuit dux eorum, qui comprehenderunt Jesum:

17. qui connumeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerii hujus.

u Matth. 27. 7.
x i. fecit possideri.
y iniqui operis.

18. *u* Et hic quidem possedit *x* agrum de mercede iniquitatis *y*, & suspensus crepuit medius: & diffusa sunt omnia viscera ejus.

19. Et notum factum est omnibus habitantibus Jerusalem, ita ut appellaretur ager ille, linguâ eorum, Haceldama, hoc est, ager sanguinis.

6. Die nun zusammen komen waren fragten ihn/ und sprachen: HErr/wirstu zu diser Zeit das Reich dem Israel widerum aufrichten.

7. Er aber sprach zu ihnen: Es gebüret euch nit zu wissen die Zeit und Stund/ welche der Vatter seiner Macht hat vorbehalten:

8. Sondern ihr werdet die Krafft deß Heiligen Geists empfahen/der über euch kommen wird: und ihr werdet meine Zeugen seyn zu Jerusalem/ und im gantzen Jüdischen Land/ in Samaria/ und biß zum End der Erden.

II. 9. Und als er diß gesagt hatte/ ward er in ihrem Ansehen aufgehoben/und eine Wolck nahm ihn auf von ihren Augen.

10. Und als sie ihm nachsahen/ da er in Himmel fuhre/ sihe/ da stunden zween Männer bey ihnen in weissen Kleidern/

11. Welche auch sprachen: Ihr Männer auß Galiläa/was stehet ihr und sehet gen Himmel? Diser JEsus/ der von euch aufgenommen ist in den Himmel/ wird also widerkommen/ wie ihr ihn gesehen habt/ in Himmel fahren.

12. Da kehreten sie wider um gen Jerusalem von dem Berg/ so der Oelberg genant wird/ welcher nit weit ist von Jerusalem, ein Tag-Reiß/wie man am Sabbat reiset.

13. Und als sie hinein kommen waren/ giengen sie hinauf in den Saal/ da sie sich aufhielten/ nemlich Petrus/ und Johannes/ Jacobus und Andreas/ Philippus und Thomas/ Bartholomäus und Matthäus/Jacobus Alphäi/ und Simon Zelotes/ und Judas Jacobi.

14. Dise alle beharreten einmüthiglich im Gebett/mit den Weibern und mit Maria der Mutter JEsu/ und seinen Brüdern.

15. In denselbigen Tagen stund Petrus auf mitten unter den Brüdern/ und sprach: es war aber eine Schar beysamen/ ungefehr hundert und zwantzig Menschen.

16. Ihr Mäner und Brüder/es muß die Schrifft erfüllet werden/ welche der Heilige Geist durch den Mund Davids vorgesagt von Juda/der ein Führer war der jenigen/ die JEsum gefangen haben:

17. Er war in unsere Zahl mit eingerechnet/und hatte den Theil dises Diensts mit überkommen.

18. Und diser hat zwar den Acker erworben/von dem Lohn der Ungerechtigkeit/ und hat sich erhencket/und ist mitten entzwey geborstet/und alles sein Ingeweid ist außgeschütt worden.

19. Und es ist allen kund worden/ die zu Jerusalem wohnen/ also/ daß derselbige Acker in ihrer Sprach genant wird/Haceldama/das ist/ein Acker deß Bluts.

20. Dan

20. Dan es stehet geschriben im Buch der Psalmen: Ihre Wohnstatt solle wüst werden/ und sey keiner/ der drinnen wohne: und sein Bischöfflich Ambt solle ein anderer bekommen.

21. Derowegen muß einer von disen Männern/ welche die gantze Zeit mit uns versammlet gewesen seynd/ da der HErr JEsus unter uns eingangen und außgangen ist/

22. Von dem Tauff Johannis an/ biß auf den Tag/ da er von uns aufgenommen ist: von denselbigen Männern muß einer mit uns Zeug seiner Auferstehung werden.

III. 23. Und sie stelleten zween allda/ den Joseph/ der Barsabas genant ward/ mit dem Zunamen/ der Gerecht/ und Matthiam:

24. Und sie beteten und sprachen: HErr/ der du aller Menschen Hertzen erkennest/ zeige uns/ welchen du unter disen zweyen erwehlet hast/

25. Daß einer in die Stadt dises Diensts und Apostolischen Ambts trette/ davon Judas abgewichen ist/ damit er an sein Ort hingienge.

26. Und sie gaben das Loß über sie: und das Loß fiel auf Matthiam: und er ward den eilff Apostlen zugezehlet.

Das II. Capitel.

I. Die Jünger werden mit dem Heiligen Geist erfüllet/ und reden mit unterschidlichen Sprachen/ 1.
II. Petrus predigt dem Volck/ und es werden bey drey tausend Menschen bekehrt/ 14.
III. Die Glaubige verharren in der Lehr der Apostlen/ und in der Gemeinschafft deß Brodbrechens/ und im Gebett/ 42.

1. UNd als die Täg der Pfingsten erfüllet wurden/ waren sie alle zugleich an einem Ort beysamen.

2. Und es geschahe schnell ein Brausen vom Himmel/ als wan ein gewaltiger Wind heran käme/ und erfüllete das gantze Hauß/ da sie sassen.

3. Und es erschienen ihnen wie feurige zertheilte Zungen/ und er setzte sich auf einen jeglichen unter ihnen:

4. Und sie wurden alle mit dem Heiligen Geist erfüllet/ und fiengen an mit vilerley Zungen zu reden/ nachdem es ihnen der Heilige Geist gab außzusprechen.

5. Es waren aber Juden/ welche in Jerusalem wohneten/ gottseelige Männer auß allerhand Völckern/ die unter dem Himmel seynd.

6. Als sich nun dise Stimm hören ließ/ da kam die Menge zusammen/ und ward zerschlagen von

20. Scriptum est enim in libro Psalmorum: *z* Fiat commoratio eorum deserta, & non sit qui inhabitet in ea: & episcopatum *a* ejus accipiat alter.

21. Oportet ergo ex his viris, qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intravit & exivit inter nos Dominus Jesus,

22. incipiens à baptismate Joannis usque in diem, qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis ejus nobiscum fieri unum ex istis.

III. 23. Et statuerunt duos, Joseph, qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Justus, & Matthiam.

24. Et orantes dixerunt: Tu domine, qui corda nosti omnium, ostende, quem elegeris ex his duobus unum,

25. accipere locum ministerii hujus, & apostolatûs, de quo prævaricatus est *b* Judas ut abiret in locum suum *c*.

26. Et dederunt sortes eis, & cecidit sors super Matthiam, & annumeratus est cum undecim Apostolis. *

z Psalm. 68 26.
a Psalm. 108. 8.
b per prævaricationem excidit.
c sc. infernum.

CAPUT II.

I. Effuso super discipulos Spiritu sancto omnium loquuntur linguis: 1.
II. Petrus explicans prophetiam Joel, convertit ad Christum tria circiter millia; 14.
III. Fideles simul perseverant in doctrina Apostolorum, fractione panis & orationibus, habentes omnia communia. 42.

1. ET † cùm complerentur dies Pentecostes, erant omnes pariter *a* in eodem loco:

2. & factus est repentè de cælo sonus, tamquam advenientis spiritûs vehementis, & replevit totam domum ubi erant sedentes.

3. Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ tamquam ignis, seditque supra singulos eorum:

4 *b* & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis.

5. Erant autem in Jerusalem habitantes Judæi, viri religiosi *c* ex omni natione, quæ sub cælo est.

6. Facta autem hac voce, convenit multitudo, & mente confusa est *d*, quoniam

† Dom. Pentec.
a Græcè, unanimiter.
b Matth. 3. 11. Marc. 1. 8. Lucæ 3. 16. Joan. 7. 39. Sup. 1. 8. Infr. 11. 16. & 19. 6.
c religiosè Deum colentes.
d præ stupore.

niam audiebat unusquisque lingua sua il-
los loquentes.
7. Stupebant autem omnes, & mira-
bantur, dicentes: Nónne ecce omnes isti,
qui loquuntur, Galilæi sunt,
8. & quomodo nos audivimus unusquis-
que linguam nostram *e*, in qua nati sumus?
9. Parthi, & Medi, & Ælamitæ *f*, & qui
habitant Mesopotamiam, Judæam, &
Cappadociam, Pontum, & Asiam,
10. Phrygiam, & Pamphyliam, Ægyp-
tum, & partes Libyæ, quæ est circa Cyre-
nen, & advenæ Romani,
11. Judæi quoque, & Proselyti, Cretes,
& Arabes: audivimus eos loquentes nos-
tris linguis magnalia *g* Dei. *
12. Stupebant autem omnes, & mira-
bantur ad invicem dicentes: Quidnam
vult hoc esse?
13. Alii autem irridentes dicebant:
Quia musto pleni sunt isti.
II. 14. † Stans autem Petrus cum undecim
levavit vocem suam, & locutus est eis: Vi-
ri Judæi, & qui habitatis Jerusalem uni-
versi, hoc vobis notum sit, & auribus per-
cipite verba mea.
15. Non enim, sicut vos æstimatis, hi
ebrii sunt, cùm sit hora diei tertia *h*.
16. Sed hoc est, quod dictum est per
prophetam Joel:
17. *l* Et erit in novissimis diebus (dicit
Dominus) effundam de Spiritu meo su-
per omnem carnem *m*: & prophetabunt
filii vestri, & filiæ vestræ: & juvenes vestri
visiones videbunt, & seniores vestri som-
nia somniabunt.
18. Et quidem super servos meos, & su-
per ancillas meas in diebus illis effundam
de Spiritu meo, & prophetabunt:
19. & dabo prodigia in cælo sursum, &
signa in terra deorsum, sanguinem, & ig-
nem, & vaporem fumi.
20. Sol convertetur in tenebras, & lu-
na in sanguinem, antequam veniat dies
Domini magnus & manifestus.
21. *n* Et erit: omnis, quicumque invo-
caverit nomen Domini, salvus erit. *
22. Viri Israelitæ, audite verba hæc:
Jesum Nazarenum, virum approbatum
à Deo in vobis *o*, virtutibus *p*, & prodigiis,
& signis, quæ fecit Deus per illum in me-
dio vestri, sicut & vos scitis:

e dialectum propriam.
f sc. Persæ.
g opera mirifica
† Fer. 4. Quat. Temp. Pen. Epist. 1.
h ab ortu solis
l Isai. 44. 3. Joel 2. 28.
m hominem.
n Joel. 2. 32. Rom. 10. 13.
o Syr. apud vos.
p miraculis Dei virtute factis

Gemüth: dan ein jeglicher hörete sie mit seiner
Sprach reden.
7. Sie entsetzten sich aber alle miteinander/ und
verwunderten sich und sprachen: Sihe/ seynd dise
nit alle Galiläer/ die da reden?
8. Wie hören wir dan/ ein jeglicher seine Sprach/
darin wir geboren seynd?
9. Parther und Meder/ und Aelamiter/ und die da
wohnen in Mesopotamia/ im Jüdischen Land/ und
in Cappadocia/ in Ponto und Asia/
10. In Phrygia und Pamphilia/ in Egypten/
und an den Grentzen Lybiä/ so bey Cyrene gelegen
ist/ und auch Außländische von Rom/
11. Auch Juden/ und Judengenossen/ Creter
und Araber: wir hören sie mit unsern Zungen die
herrliche Thaten GOttes reden.
12. Sie aber entsetzten und verwunderten sich
alle untereinander/ und sprachen: Was wil das
werden?
13. Andere aber lacheten sie auß/ und sprachen:
Dise Leut seynd voll süsses Weins. a.
II. 14. Petrus aber stund mit den Eilffen/ er-
hub seine Stimm/ und sprach zu ihnen: Ihr
Jüdische Männer/ und alle/ die ihr zu Jerusa-
lem wohnet/ diß sey euch kund gethan/ und
vernehmet mit den Ohren meine Wort.
15. Dan dise seynd nit truncken/ wie ihr mey-
net/ dieweil es erst die dritte Stund im Tag ist:
16. Sondern das ists/ das durch den Prophe-
ten Joel gesagt ist:
17. Und es wird geschehen in den letzten Tagen/
spricht der HErr/ so wil ich von meinem Geist über
alles Fleisch außgiessen: und euere Söhn und eue-
re Töchter werden weissagen/ und euere Jüngling
werden Gesichter sehen/ und euere Elteste werden
Träum haben.
18. Und zwar/ ich wil in denselbigen Tagen auf
meine Knecht/ und auf meine Mägd von meinem
Geist außgiessen/ und sie werden weissagen:
19. Und ich wil Wunder geben droben im Him-
mel/ und Zeichen hierunten auf Erden/ Blut und
Feuer/ Dampff und Rauch.
20. Die Sonn wird sich in Finsternuß verwand-
len/ und der Mond in Blut/ eh dan der grosse und
offenbahre Tag deß HErrn kommen wird.
21. Und es wird seyn: Ein jeglicher/ der den Namē
deß HErrn wird anruffen/ der wird seelig werden.
22. Ihr Männer von Israel/ höret dise Wort:
JEsum von Nazareth/ den Mann/ der von GOtt
unter euch durch kräfftige Thaten/ und Wunder/
u. Zeichen bewehret ist/ welche Gott durch ihn mitte
unter euch gethan hat/ wie ihr selbst auch wisset:

a Truncken vom Most.

23. Denselbigen/nachdem er auß beschlossenē Rath und Fürsichtigkeit Gottes übergeben war/habt ihr durch die Händ der Gottlosē gepeiniget u. getödtet:

24. Den hat GOtt auferwecket/und die Schmertzen der Höllen aufgelöset / wie es dan unmöglich war/ daß er von ihr solte gehalten werden.

25. Dan David spricht von ihm : ich sah den HErrn allezeit vor meinem Angesicht : dan er ist mir auf der rechten Seiten / damit ich nit beweget werde :

26. Darum hat sich mein Hertz erfreuet/ und meine Zung frolocket/ über das wird mein Fleisch auch in Hoffnung ruhen :

27. Dan du wirst meine Seel nit in der Höllen verlassen / auch nit zugeben / daß dein Heiliger die Verwesung sehe.

28. Du hast mir die Weg deß Lebens kund gethan : Und wirst mich durch dein Angesicht mit Freud erfüllen.

29. Ihr Männer / und Brüder / lasset mich künlich zu euch reden von dem Patriarchen David : dan er ist gestorben / und begraben : so ist auch sein Grab noch bey uns / biß auf den heutigen Tag.

30. Dieweil er nun ein Prophet war/und wuste/ daß ihm GOtt mit einem Eyd geschworen hatte/ daß einer von der Frucht seiner Lenden auf seinem Stul sitzen solte :

31. So hat ers zuvor gesehen/ und von der Auferstehung Christi geredet/ daß er weder in der Höllen ist verlassen worden / noch sein Fleisch die Verwesung gesehen hat.

32. Disen JEsum hat GOtt widerum auferwecket/ deß wir alle Zeugen seynd.

33. Dieweil er dan durch die rechte Hand Gottes erhöhet ist/und die Verheissung deß Heiligen Geists vom Vatter empfangen hat / so hat er disen Geist außgossen/ den ihr sehet/ und höret.

34. Dan David ist nit gen Himmel hinauf gefahren : er spricht aber : Der HErr hat gesagt zu meinem HErrn : Setze dich zu meiner Rechten :

35. Biß daß ich deine Feind zum Schemel deiner Füssen lege.

36. So sol nun das gantze Hauß Israel gewiß wissen/ daß GOtt disen JESUm/ den ihr gecreutziget habt/ zum HERRN / und zu Christo *a* gemacht hat.

37. Als sie aber diß gehöret / gieng ein Stich durch ihr Hertz b / und sie sprachen zu Petro/ und zu den andern Apostlen ; Ihr Männer und Brüder/ was sollen wir thun ?

38. Petrus aber sprach zu ihnen : Thut Buß /

a gesalbtē König u. Messia. b wurden von Hertzen zerknirscht.

23. hunc definito consilio, & præscientia Dei traditum per manus iniquorum affigentes *q* interemistis :

q Cruci

24. quem Deus suscitavit, solutis doloribus inferni, juxta quod *r* impossibile erat teneri illum ab eo *s*.

r pro quia
s inferno

25. David enim dicit in eum : *t* Providebam Dominum in conspectu meo semper : quoniam à dextris est mihi ne commovear :

t Psalm. 15. 8.

26. Propter hoc lætatum est cor meum, & exultavit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe :

27. Quoniam non derelinques animam meam in inferno *u*, nec dabis *x* Sanctum tuum videre corruptionem.

u limbo.
x fines.

28. Notas mihi fecisti vias vitæ *y* : & replebis me jucunditate cum facie tua.

y ad vitam me revocans per Hebr.

29. Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de patriarcha David, *z* quoniam defunctus est, & sepultus : & sepulchrum ejus est apud nos usque in hodiernum diem.

z 3. Reg. 2. 10.

30. Propheta igitur cùm esset, & sciret quia jurejurando *a* jurasset illi Deus de fructu lumbi ejus sedere *b* super sedem ejus :

a Psalm. 131. 11.
b Christum

31. providens locutus est de resurrectione Christi, quia *c* neque derelictus est *d* in inferno, neque caro ejus vidit corruptionem.

c Psalm. 15. 10. Infr. 13. 35.
d sc. anima Christi.

32. Hunc Jesum resuscitavit Deus, cujus omnes nos testes sumus.

33. Dextera *e* igitur Dei exaltatus, & promissione Spiritûs sancti accepta à Patre, effudit hunc, quem vos videtis, & auditis.

e potentia

34. Non enim David ascendit in cælum : dixit autem ipse : *f* Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis,

f Psalm. 109. 1.

35. donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

36. Certissimè sciat ergo omnis domus Israel, quia & Dominum eum, & Christum fecit *g* Deus, hunc Jesum, quem vos crucifixistis.

g quà hominem

37. His autem auditis, compuncti *h* sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos : Quid faciemus, viri fratres ?

h ex pœnitentia.

38. Petrus verò ad illos : Pœnitentiam (in-

l seu baptismo instituto à Chro.

(inquit) agite, & baptizetur unusquisque vestrûm in nomine Jesu Christi *l*, in remissionem peccatorum vestrorum: & accipietis donum Spiritûs sancti.

m etiam gentiles.

39. Vobis enim est repromissio, & filiis vestris, & omnibus qui longè sunt, quoscumque advocaverit *m* Dominus Deus noster.

n incredula & impia.

40. Aliis etiam verbis plurimis testificatus est, & exhortabatur eos, dicens: Salvamini à generatione ista prava *n*.

o fidelium numero.

41. Qui ergo receperunt sermonem ejus, baptizati sunt: & appositæ sunt *o* in die illa animæ circiter tria millia.

p Græcè illius panis, sc. cælestis, Syr. Evcharistiæ. Ubi nota id nomen, etsi græcum, etiam Syris in usu fuisse, Sà.

III. 42. Erant autem perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis *p*, & orationibus.

43. Fiebat autem omni animæ timor: multa quoque prodigia, & signa per Apostolos in Jerusalem fiebant, & metus erat magnus in universis.

44. Omnes etiam, qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia.

45. Possessiones & substantias vendebant, & dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat.

46. Quotidie quoque perdurantes unanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione, & simplicitate cordis,

q Græc. & Syr. in Ecclesia.

47. collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. Dominus autem augebat qui salvi fierent quotidie in idipsum *q*.

Caput III.

I. Petrus cum Joanne claudum à matris utero sanat, 7.
II. Docet id se fecisse per fidem nominis Christi; 12.
25. ut non ſit ſchiſma in corpore, ſed idipſum *z* pro invicem ſolicita ſint membra

26. Et ſi quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra: ſive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra.

III. 27. †Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro *a*.

28. *b* Et quoſdam quidem poſuit Deus in Eccleſia primùm Apoſtolos, ſecundò Prophetas *c*, tertiò Doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationū, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes ſermonum.

29. Numquid omnes Apoſtoli? numquid omnes Prophetæ? numquid omnes Doctores?

30. numquid omnes virtutes? numquid omnes gratiam habent curationum? numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur?

u ſc. pudenda.

x ſc. decor.

y dum voluit diligentiùs regi.

z pariter.

† SAN. BARTH. APOST.

a q. d. quisque in parte & loco ſuo.

b Epheſ. 4. 11.

c vaticinantes vel prædicantes.

d sectamini.
e ad salutem.

31. Æmulamini *d* autem charismata meliora. * Et adhuc excellentiorem viam *e* vobis demonstro.

CAPUT XIII.

I. Ostendit charitatis necessitatem, supra fidem & alia Dei dona. 1.
II. Declarat sedecim ejus officia & proprietates. 4.
III. Ejusdem supra reliqua dona præcellentiam & perpetuitatem. 8.

† Dom. Quinquag.

1. SI † linguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens.

2. Et si habuero prophetiam, & noverim mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habuero omnem fidem ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum.

3. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam *a*, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest *b*.

II. 4. Charitas patiens est, benigna est: Charitas non æmulatur *c*, non agit perperam *d*, non inflatur,

5. non est ambitiosa, non quærit *e* quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum,

6. non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: *f*

7. Omnia suffert, omnia credit *g*, omnia sperat, omnia sustinet.

III. 8. Charitas numquam excidit *h*; sive prophetiæ evacuabuntur *l*, sive linguæ cessabunt, sive scientia destruetur.

9. Ex parte *m* enim cognoscimus, & ex parte prophetamus.

10. Cùm autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est.

11. Cùm essem parvulus, loquebar ut parvulus, sapiebam ut parvulus, cogitabam ut parvulus. Quando autem factus sum vir, evacuavi quæ erant parvuli.

12. Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum.

13. Nunc autem manent, fides, spes, charitas, tria hæc: major autem horum est charitas.*

a i. comburar.
b ad regnū cælorum obtinendum
Aug. lib. de patient.
c invidet.
d pravè.
e sc. solùm.
f Hebr. de justitia.
g sc. credenda.
h sc. ex se.
l desinent.
m i. imperfectè.

31. Eyfert aber nach den besten Gaaben. So will ich euch noch einen vortrefflichern Weeg zeigen.

Das XIII. Capitel.

I. Paulus lehrt/ das die gröste aus allen Gaaben sey die Lieb/ ohn welche kein Tugend nutzet/ 1.
II. Erzehlt sechzehen Eygenschafften der Lieb/ 4.
III. Und daß sie im Himmel verharren werde/ da doch der Glaub/ und die Hoffnung vergehen/ und auf jenen die Anschauung/ auf disen die Niessung folgen wird/ 8.

1. WAnn ich mit Menschen und Engel-Zungen redete/ aber die Lieb nit habe/ so wäre ich wie ein lautendes Ertz/ oder klingende Schell.

2. Und wan ich weissagen kunte/ und wuste alle Geheimnussen/ und alle Erkanntnuß: und wan ich allen Glauben hätte/ also/ daß ich Berg versetzte/ die Lieb aber nit hätte/ so wäre ich nichts.

3. Und wan ich alle meine Güter zur Speiß der Armen außtheilete und wan ich meinen Leib dargebe/ also/ daß ich brinnen solte/ die Lieb aber nit hätte/ so wäre mirs nichts nutz.

II. 4. Die Lieb ist gedultig/ sie ist gütig: die Lieb eyfert nit/ sie handlet nit boßhafftig/ sie blaset sich nit auf/

5. sie ist nit Ehrgeitzig/ sie suchet nit das Ihrige/ sie lasset sich nit erbittern/ sie gedenckt nichts Arges/

6. sie freuet sich nit der Ungerechtigkeit/ freuet sich aber der Warheit:

7. Sie überträgt alles/ sie glaubt alles/ sie hoffet alles/ sie duldet alles.

III. 8. Die Lieb vergehet nimmermehr: ob gleich die Weissagungen ein End nehmen/ oder die Zungen aufhören: oder die Kunst vergehen wurde.

9. Dan unser Wissen ist unvollkommen/ und unser Weissagen ist unvollkommen.

10. Wan aber kommen wird das Vollkommne/ so wird das Unvollkommne aufhören.

11. Als ich ein Kind war/ da redte ich/ wie ein Kind/ ich war gesinnet/ wie ein Kind/ ich hatte Anschläg/ wie ein Kind. Da ich aber ein Mann ward/ da legte ich ab/ was Kindisch war.

12. Wir sehē jetzt durch einē Spiegel im Räthsel *a*: alsdan aber werden wir sehen von Angesicht zu Angesicht. Jetzt erkenn ich unvollkommentlich: alsdan aber werde ich erkennen/ wie ich auch erkannt bin.

13. Nun aber bleiben Glaub Hoffnung Lieb/ dise drey. Aber die Lieb ist das grösseste unter ihnen.

a im Dunckleu

Das XIV. Capitel.

I. Paulus ziehet allen Gaaben der Zungen vor die Gaab der Weissagung/ 1.

II. Erklärt die Weiß/ sich diser Gaaben zu gebrauchen/ und die Ordnung/ welche zu halten/ wan die Christlich Gemein zusammen kommt/ und wil/ daß alsdan die Weiber still schweigen/ 23.

1. Trachtet nach der Lieb/ eyfert nach den geistlichen Gaaben/ fürnehmlich aber/ daß ihr weissagen *a* möget.

2. Dan wer mit der Zungen redet der redet nit mit den Menschen / sondern mit GOtt: dan niemand höret ihm zu. Er redet aber die Geheimnussen im Geist.

3. Wer aber weissaget/ der redet mit den Menschen zur Erbauung/ und zur Ermahnung/ und zum Trost.

4. Wer mit der Zungen redet/ der erbauet sich selbst/ wer aber weissaget/ der erbauet die Kirch GOttes.

5. Ich wolte zwar / daß ihr alle mit Zungen redtet: vilmehr aber/ daß ihr weissagtet. Dan der weissaget/ der ist grösser/ als der mit Zungen redet: es sey dan/ daß ers etwan auslege/ damit die Kirch erbauet werde.

6. Nun aber/ liebe Brüder/ wan ich zu euch käme/ und redete mit Zungen / was wurde ich euch nutz seyn: es wäre dan/ daß ich mit euch redete entweder durch Offenbahrung / oder durch Erkanntnuß/ oder durch Weissagung oder durch Lehr.

7. Dan auch die Ding/ die da nit leben/ und doch lauten es sey gleich ein Pfeiff/oder ein Harpff: wan sie keinen unterschidlichen Thon von sich geben/ wie kan man dan wissen/ was gepfiffen/oder auf der Harpffen gespihlet wird?

8. Dan so die Posaun einen ungewisen Schall gibt / wer wird sich dan zum Streit bereiten.

9. Also auch ihr / wan ihr nit durch die Zungen eine deutliche Red gebet/ wie kan man dan wissen/ was geredt wird? dan ihr werdet in den Lufft reden.

10. Es seynd zwar mancherley Art der Sprachen in diser Welt: und ist derselbigen keine ohne Stimm.

11. Wan ich nun die Bedeutung der Stimm nit verstehe/ so werde ich dem/ mit welchem ich rede/ unverständlich in der Sprach seyn: und der da redet/ wird mir unverständlich seyn.

12. Also auch ihr/ dieweil ihr eyfert nach den Geistlichen Gaaben/ so trachtet darnach/ daß ihr die Völl habt zu Erbauung der Kirchen.

a auslegen die göttliche Ding

Caput XIV.

I. Donum linguarum inferius esse dicit dono prophetiæ; imò inutile, si desit qui interpretetur: 1.

II. Tradit normam qua his donis ordinatè utantur: & mulieres in Ecclesiis silere jubet. 23.

1. SEctamini charitatem, æmulamini *a* spiritalia: magis autem ut prophetetis *b*.

2. Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo: nemo enim audit *c*. Spiritu autem loquitur mysteria.

3. Nam qui prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & consolationem.

4. Qui loquitur lingua, semetipsum ædificat: qui autem prophetat, Ecclesiam Dei ædificat.

5. Volo autem omnes vos loqui linguis: magis autem prophetare. Nam major *d* est qui prophetat, quàm qui loquitur linguis: nisi fortè interpretetur, ut Ecclesia ædificationem accipiat.

6. Nunc autem, fratres, si venero ad vos linguis loquens: quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut in revelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina?

7. Tamen quæ sine anima sunt vocem dantia, sive tibia, sive cithara: nisi distinctionem sonituum dederint; quomodo scietur id, quod canitur, aut quod citharizatur?

8. Etenim si incertam *e* vocem det tuba, quis parabit se ad bellum?

9 Ita & vos per linguam nisi manifestum *f* sermonem dederitis: quomodo scietur id, quod dicitur? eritis enim in aëra *g* loquentes.

10. Tam multa, ut puta, genera linguarum sunt in hoc mundo: & nihil sine voce est.

11. Si ergo nesciero virtutem *h* vocis, ero ei, cui loquor, barbarus: & qui loquitur, mihi barbarus.

12. Sic & vos, quoniam æmulatores estis spirituum *l*, ad ædificationē Ecclesiæ quærite ut abundetis *m*.

a dona.
b divina explicetis.
c intelligit, nisi habeat donum linguarum.
d utilior est Ecclesiæ.
e militibus ignotam.
f intelligibilem.
g seu frustra.
h vim, & significationem.
l donorum spiritualium.
m gratiis.

n interpretari poſſit.

13. Et ideò qui loquitur lingua, oret ut interpretetur *n*.

14. Nam ſi orem lingua, ſpiritus meus orat, mens autem mea ſine fructu eſt.

15. Quid ergo eſt? Orabo ſpiritu, orabo & mente: pſallam ſpiritu, pſallam & mente.

o rudis populi.

16. Ceterùm ſi benedixeris ſpiritu: qui ſupplet locum idiotæ *o* quomodo dicet, Amen, ſuper tuam benedictionem? quoniam quid dicas, neſcit.

17. Nam tu quidem benè gratias agis: ſed alter non ædificatur.

18. Gratias ago Deo meo, quòd omnium veſtrûm linguâ loquor.

p fidelium cœtu. *q* pauca. *r* peregrina.

19. Sed in Eccleſia *p* volo quinque *q* verba ſenſu meo loqui, ut & alios inſtruam: quàm decem millia verborum in lingua *r*.

20. Fratres, nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia parvuli eſtote: ſenſibus autem perfecti eſtote.

s Iſai. 28. 11.

21. In lege ſcriptum eſt: *s* Quoniam in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic: & nec ſic exaudient me, dicit Dominus.

22. Itaque linguæ in ſignum ſunt non fidelibus, ſed infidelibus: Prophetiæ autem non infidelibus, ſed fidelibus.

t ſc. ſimul. *u* imperiti.

II. 23. Si ergo conveniat univerſa Eccleſia in unum *t*, & omnes linguis loquantur, intrent autem idiotæ *u*, aut infideles: nonne dicent quòd inſanitis?

24. Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis, vel idiota, convincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus:

25. occulta cordis ejus manifeſta fiunt, & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuntians quòd verè DEUS in vobis ſit.

x Dei laudem. *y* morum inſtructionem. *z* revelationem. *a* linguæ vel rei obſcuræ. *b* per. *c* viciſſim.

26. Quid ergo eſt, fratres? cùm convenitis, unuſquiſque veſtrûm pſalmum *x* habet, doctrinam *y* habet, apocalypſim *z* habet, linguam habet, interpretationem *a* habet: omnia ad ædificationem fiant.

27. Sive lingua quis loquitur, ſecundùm *b* duos, aut ut multum tres, & per partes *c*, & unus interpretetur.

13. Und derowegen wer mit der Zungen redet: der bitte GOtt daß ers auch außlegen möge.

14. Dan wan ich in einer frembden Zungen bette/ ſo bettet mein Geiſt/ aber mein Verſtand bringet keine Frucht.

15. Was iſts dan/ ich wil betten mit dem Geiſt/ und wil auch betten mit dem Sinn: ich wil ſingen mit dem Geiſt/ und wil auch ſingen mit dem Sinn:

16. Wan du aber den Seegen gibſt mit dem Geiſt/ wie wird dan derſelbig/ der an ſtatt deß Layen ſtehet/ Amen ſagen auf deinen Seegen? dieweil er nit weiß/ was du ſageſt.

17. Dan du thuſt die Danckſagung wohl fein: aber der ander wird nit erbauet.

18. Ich dancke meinem GOtt/daß ich mit euer aller Zungen rede.

19. Aber in der Kirchen will ich lieber fünff Wort reden nach meinem Sinn/ auf daß ich auch andere unterweiſe/ dan zehen tauſend Wort mit der Zungen.

20. Liebe Brüder/ werdet nit Kinder am Verſtand/ ſondern ſeyd Kinder an der Boßheit: aber am Verſtand ſeyd vollkommen.

21. Es ſtehet geſchriben im Geſatz: Ich wil mit andern Zungen/ und mit andern Leffzen zu diſem Volck reden: und ſie werden mich auch alſo nit hören/ ſpricht der HErr.

22. Darum ſeynd die Zungen zum Zeichen/ nit den Glaubigen/ ſondern Unglaubigen: die Weiſſagung aber nit den Unglaubigen/ ſondern den Glaubigen.

II. 23. Wan nun die gantze Gemein an einem Ort zuſammen käme/ und ſie alle mit Zungen redten/ es kämen aber Layen oder Unglaubige hinein/ wurden die nit ſagen/ihr wäret unſinnig?

24. Wan ſie aber alle weiſſagten/ und es käme ein Unglaubiger oder Lay hinein/ ſo wurde er von allen überwiſen/ und von allen geurtheilet:

25. So wurde das Verborgene ſeines Hertzen offenbahr: und alſo wurde er auf ſein Angeſicht fallen/ und GOtt anbetten/ und frey bekennen/daß GOtt warhafftig in euch ſey.

26. Was iſts dan nun/ liebe Brüder? wan ihr zuſammen kommet/ ſo hat ein jeglicher unter euch einen Pſalmen/ er hat eine Lehr/ er hat eine Offenbahrung/ er hat eine Zung/ er hat eine Außlegung: laſſet alles zur Erbauung geſchehen.

27. So jemand mit Zungen redet/ das durch zween/ oder zum meiſten durch drey geſchehen ſol/ alsdan ſol einer nach dem andern reden/ und einer ſol es außlegen.

28. Wan

28. Wan aber kein Außleger vorhanden ist / so schweige er in der Gemein / und rede mit ihm selbst / und mit GOtt.

29. Es sollen aber zween oder drey Propheten reden / und die andern sollen urtheilen.

30. Wan es aber einem andern offenbahret wird / der da sitzt / so sol der erste schweigen.

31. Dan ihr könnet wohl alle weissagen / einer nach dem andern: auf daß sie alle lernen / und alle ermahnet werden:

32. Und die Geister der Propheten seynd den Propheten unterwoffen.

33. Dan GOtt ist nit ein GOtt der Uneinigkeit / sondern deß Fridens: wie ich auch in allen Kirchen der Heiligen lehre.

34. Die Weiber sollen in den Versammlungen schweigen / dan es wird ihnen nit zugelassen / daß sie reden: sondern daß sie unterthan seyn / wie auch das Gesatz sagt.

35. Wollen sie aber etwas lernen / so mögen sie zu Hauß ihre Männer fragen. Dan es stehet einem Weib übel an in der Kirchen reden.

36. Ist dan das Wort GOttes von euch auskommen? oder ists allein zu euch kommen?

37. Wird jemand für einen Propheten gehalten / oder für ein Geistlichen / der erkenne / daß dise Ding / die ich euch schreibe / deß HErrn Gebott seynd.

38. Ist aber jemand unwissend / von dem wird man auch nit wissen.

39. Derowegen / liebe Brüder eyfert darnach / daß ihr weissaget / und verbietet nit mit Zungen zu reden.

40. Lasset aber alles ehrlich / und in guter Ordnung geschehen.

Das XV. Capitel.

I. Paulus bestättiget die Auferstehung der Todten / wider die falsche Lehrer / weil Christus auferstanden ist / und die Menschen getaufft werden um der Todten willen / 29.

II. Beschreibt / wie die Leiber in der Auferstehung werden beschaffen seyn / sonderlich mit vier Gaaben gezieret / 35.

III. Und daß alle werden auferstehen / aber nit alle verwandlet / und der Tod alsdan soll verschlungen werden / 51.

1. ICh thue euch aber kund / liebe Brüder / das Evangelium / das ich euch geprediget habe / daß ihr auch habt angenommen / in welchem ihr auch stehet.

2. Durch welches ihr auch seelig werdet: so ihr es behaltet welcher Gestalt ichs euch geprediget habe / es wäre dan, daß ihr umsonst wäret glaubig wordẽ.

3. Dan ich hab euch zum ersten übergeben / was ich auch empfangen habe: Daß Christus

28. Si autem non fuerit interpres, taceat *d* in Ecclesia, sibi autem loquatur, & Deo.

29. Prophetæ autem duo, aut tres dicant *e*, & ceteri dijudicent.

30. Quòd si alii revelatum fuerit sedenti, prior taceat.

31. Potestis enim omnes per singulos prophetare: ut omnes discant, & omnes exhortentur:

32. Et spiritus prophetarum prophetis subjecti sunt.

33. Non enim est dissensionis Deus, sed pacis: sicut & in omnibus Ecclesiis sanctorum doceo.

34. Mulieres in Ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut *f* & lex dicit.

35. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia.

36. An à vobis verbum Dei processit? aut in vos solos pervenit?

37. Si quis videtur propheta esse, aut spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis, quia Domini sunt mandata.

38. Si quis autem ignorat *g*, ignorabitur *h*.

39. Itaque fratres æmulamini prophetare: & loqui linguis nolite prohibere.

40. Omnia autem honestè, & secundùm ordinem fiant.

Caput XV.

I. Adstruit corporum resurrectionem contra pseudodoctores: eoquòd Christus à mortuis resurrexerit, multisque ac demum sibi Apostolorum minimo apparuerit. 29.

II. Declarat resurrectionis ordinem, modum ac diversam hominum fore gloriam, non solùm in anima sed & in corpore. 35.

III. Fore ut in resurrectione mors absorbeatur. 51.

1. NOtum † autem vobis facio, fratres, Evangelium *a*, quod prædicavi vobis, quod & accepistis, in quo & statis,

2. per quod & salvamini: qua ratione prædicaverim vobis, si tenetis, nisi frustra credidistis.

3. Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi: quoniam Christus mortuus

d habens donum linguarum.

e vicissim.

f Gen. 3. 16.

g Dei mandata.

h à Deo, id est improbabitur.

† Dom. 11. Post Pentec.

a Gal. 1. 11.

est

b Isai. 53. 5. c Ionæ 2. 1.

est pro peccatis nostris *b* secundùm Scripturas:

4. *c* & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundùm Scripturas:

d Ioan. 20. 19.

5. & quia visus est Cephæ, & post hoc *d* undecim.

6. Deinde visus est plus quàm quingentis fratribus simul: ex quibus multi manent usque adhuc, quidam autem dormierunt:

7. Deinde visus est Jacobo, deinde Apostolis omnibus:

e imperfecto fœtui respectu Apostolorū.

8. Novissimè autem omnium tamquàm abortivo *e*, visus est & mihi.

f Actor. 9. 3. Ephes. 3. 8

9. *f* Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei.

g i. otiosa, sc. sine operibus.

10. Gratia autem Dei sum id, quod sum, & gratia ejus in me vacua *g* non fuit,* sed abundantiùs illis omnibus laboravi: non ego autem, sed gratia Dei mecum:

11. Sive enim ego, sive illi: sic prædicamus, & sic credidistis.

12. Si autem Christus prædicatur quòd resurrexit à mortuis, quomodo quidam dicunt in vobis, quoniam resurrectio mortuorum non est?

13. Si autem resurrectio mortuorum non est: neque Christus resurrexit.

h vana.

14. Si autem Christus non resurrexit, inanis *h* est ergo prædicatio nostra, inanis est & fides vestra:

l sc. mentientes.

15. invenimur autem & falsi testes Dei: quoniam testimonium diximus adversùs Deum *l*, quod suscitaverit Christum, quem non suscitavit, si mortui non resurgunt.

16. Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit.

17. Quòd si Christus non resurrexit, vana est fides vestra, adhuc enim estis in peccatis vestris.

m cum fide Christi.

18. Ergo & qui dormierunt in Christo *m*, perierunt.

19. Si in hac vita tantùm in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.

n i. primus

20. Nunc autem Christus resurrexit à mortuis primitiæ *n* dormientium:

für unsere Sünden gestorben ist / nach der Schrifft:

4. Und daß Er begraben ist/und daß Er am dritten Tag widerum auferstanden ist / nach der Schrifft.

5. Und daß Er von Cepha ist gesehen worden / und hernach von den Eilffen:

6. Darnach ist Er von mehr dan fünffhundert Brüdern zugleich gesehen worden: von welchen noch vil biß auf heutigen Tag im Leben seynd / etliche aber seynd entschlaffen.

7. Darnach ist Er von Jacobo gesehen worden/ folgends von allen Apostlen.

8. Endlich aber ist Er nach allen auch von mir / als einer unzeitigen Geburt gesehen worden.

9. Dan ich bin der Geringst unter den Apostlen / der ich nit werth bin / daß ich ein Apostel genennt werde/ dan ich hab die Kirch GOttes verfolget.

10. Aber durch die Gnad GOttes bin ich/ was ich bin / und seine Gnad ist in mir nit vergeblich gewesen / sondern ich hab mehr gearbeitet / dan sie alle: nit aber ich / sondern die Gnad GOTTes mit mir.

11. Es sey nun ich/ oder jene/ alsso predigen wir/ und alsso habt ihr geglaubet.

12. So nun Christus geprediget wird / daß Er von den Todten auferstanden sey/wie sagen dan etliche unter euch / es ist keine Auferstehung der Todten?

13. Ist aber keine Auferstehung der Todten/ so ist auch Christus nit auferstanden.

14. Ist aber Christus nit auferstanden / so folget/ daß unsere Predig vergeblich ist/ daß auch euer Glaub vergeblich ist.

15 Wir werden aber auch falsche Zeugen GOttes erfunden / dieweil wir ein Zeugnuß wider GOtt geredt haben / daß Er nemlich Christum auferwecket hab: den Er nit hat auferwecket/wan die Todten nit widerum auferstehen.

16 Dan so die Todten nit auferstehen / so ist auch Christus nit auferstanden.

17. Ist nun Christus nit auferstanden / so ist euer Glaub vergeblich / dan ihr seyd noch in euren Sünden.

18. So seynd dan auch verlohren / welche in Christo entschlaffen seynd.

19. Wan wir aber allein in disem Leben auf Christum hoffen / so seynd wir elender dan alle Menschen.

20. Nun aber ist Christus von den Todten auferstanden/der Erstling unter den Schlaffenden /

21. sinte-

21. sintemahl durch einen Menschen der Tod/ und durch einen Menschen die Auferstehung herkommt.

22. Und gleichwie sie in Adam alle sterben/ also werden sie auch alle in Christo lebendig gemacht werden.

23. Aber ein jeglicher in seiner Ordnung: der Erstling ist Christus: darnach die jenige / so Christo zugehören / welche in seiner Zukunfft geglaubt haben.

24. Darnach wird das End seyn: wan Er das Reich GOtt und dem Vatter überantwortet/und alle Fürstenthum und Gewalt / und Krafft aufgehoben hat.

25. Er aber muß herrschen / biß daß Er alle seine Feind unter seine Füß lege.

26. Endlich aber wird der letzte Feind/ der Tod/ auch zerstöhret werden. Dan er hat alles seinen Füssen unterworffen. Wan er aber saget.

27. Alles ist ihm unterworffen/so ist ohn Zweiffel derselbig ausgenommen/ der ihm alles unterworffen hat.

28. Wan ihm aber alles unterworffen seyn wird: alsdan wird der Sohn selbst dem jenigen unterworffen seyn/ der ihm alles unterworffen hat: auf daß GOtt alles in allen sey.

I. 29. Was machen sonst / die sich für die Todte tauffen lassen / so die Todte allerdings nit widerum auferstehen ? warum lassen sie sich dan für dieselbige tauffen?

30. Warum stehen wir auch alle Stund in Gefahr?

31. Ich sterbe täglich / liebe Brüder / um euer Ehr willen / die ich hab in Christo JEsu unserm HERRN.

32. So ich (nach menschlicher Weiß) zu Epheso mit den wilden Thieren gekämpffet hab/ was ist mir das nutz / wan die Todte nit auferstehen? Lasset uns dan essen und trincken / dan morgen werden wir sterben.

33. Lasset euch nit verführen: böse Gespräch verderben gute Sitten.

34. Wachet auf ihr Gerechte/und sündiget nit. Dan etliche haben keine Erkanntnuß GOttes: das sage ich euch zur Scham.

II. 35. Es möchte aber jemand sagen: Wie stehen dan die Todte widerum auf? oder mit welchem Leib werden sie kommen?

36. Du Unweiser/ was du säest / das wird nit lebendig/ es sey dan/ daß es zuvor sterbe.

37. Und was du säest / so säest du den Leib nit/

21. *o* quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum.

o Coloss. 1. 18. Apoc. 1. 5.

22. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur.

23. *p* Unusquisque autem in suo ordine, primitiæ Christus: deinde ii, qui sunt Christi, qui in adventu ejus crediderunt.

p 1. Thess. 4. 15.

24. Deinde finis: cùm tradiderit regnum *q* Deo *r* & Patri *s*, cùm evacuaverit omnem principatum, & potestatem, & virtutem.

q i. electos. *r* suo, quatenus homo. *s* quatenus Deus.

25. Oportet autē illum regnare *t* donec *u* ponat omnes inimicos sub pedibus ejus.

t Psalm. 109. 1. Hebr. 1. 13. & 10. 13. *u* i. e. etiam eò usque ut.

26. Novissima autem inimica destruetur mors: *x* Omnia enim subjecit sub pedibus ejus. Cùm autem dicat:

27. Omnia subjecta sunt ei; sine dubio, præter eum, qui subjecit ei omnia.

28. Cùm autem subjecta fuerint illi omnia: tunc & ipse Filius subjectus erit ei, qui subjecit sibi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus.

x Psalm. 8. 8. Hebr. 2. 8.

I. 29. Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? ut quid & baptizantur *y* pro illis?

y se macerant & affligant.

30. ut quid & nos periclitamur omni hora?

31. Quotidie morior per vestram gloriam, fratres, quam habeo in Christo Jesu Domino nostro.

32. Si (secundùm hominem) ad bestias pugnavi Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? *z* manducemus, & bibamus, cras enim moriemur.

z Sap. 2. 6. Isai. 22. 13 & 56. 12.

33. Nolite seduci: corrumpunt mores bonos colloquia mala.

34. Evigilate justi, & nolite peccare: ignorantiam enim Dei quidam habent, ad reverentiam vobis loquor.

II. 35. Sed dicet aliquis: Quomodo resurgunt mortui? qualive corpore venient?

36. Insipiens, tu quod seminas non vivificatur, nisi priùs moriatur.

37. Et quod seminas, non corpus, quod fu-

futurum est, seminas, sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicujus ceterorũ.
38. Deus autem dat illi corpus sicut vult: & unicuique seminum proprium corpus.
39. Non omnis caro, eadem caro: sed alia quidem hominum, alia verò pecorum, alia, volucrum, alia autem piscium.
40. Et corpora cælestia, & corpora terrestria: sed alia quidem cælestium gloria, alia autem terrestrium.
41. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum. Stella enim à stella differt in claritate:
42. sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione.
43. Seminatur in ignobilitate, surget in gloria: seminatur in infirmitate, surget in virtute:
a subjectum necessitati.
b Spiritui subditum & simile.
c erit.
d *Gen.* 2.7.
e Christus.
44. seminatur corpus animale *a*, surget corpus spiritale *b*. Si est corpus animale, est *c* & spiritale, sicut scriptum est:
45. *d* Factus est primus homo Adam in animam viventem, novissimus Adam *e* in spiritum vivificantem.
46. Sed non prius quod spiritale est, sed quod animale: deinde quod spiritale.
47. Primus homo de terra, terrenus: secundus homo de cælo, cælestis *f*.
f glorio-sus suámque gloriam nobis communicabit.
48. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cælestis, tales & cælestes.
49. Igitur, sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis. *g*
g conformando nos ejus virtutibus.
50. Hoc autem dico, fratres quia caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt, neque corruptio incorruptelam possidebit.
† OMNIUM DEFUNCTORUM. Item, ANNIVERS. DEFUNCTOR. PONTIF. ET SACERD.
h ad gloriam.
l electi.
III. 51. †Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur *h*.
52. In momento, in ictu oculi, in novissima tuba: canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti: & nos *l* immutabimur.
53. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem.

der hernach seyn wird / sondern ein bloß Korn / als nemlich Weitzen / oder eins von andern Früchten.
38. GOtt aber gibt ihm einen Leib / wie er wil / und einem jeglichen Saamen seinen eygnen Leib.
39. Alles Fleisch ist nit einerley Fleisch: sondern ein anders Fleisch ist der Menschen / ein anders aber deß Viehes / ein anders der Vögel / ein anders aber der Fisch.
40. So seynd auch himlische Cörper / und irrdische Cörper: aber es ist eine andere Herrlichkeit der himlischen / und eine andere der irrdischen Cörper.
41. Es ist eine andere Klarheit der Sonnen / ein andere Klarheit deß Monds / und ein andere Klarheit der Sternen. Dan es ist ein Unterschid unter den Sternen in der Klarheit:
42. Also ists auch mit der Auferstehung der Todten. Es wird in der Verwesung gesäet / und es wird auferstehen in der Unverweßlichkeit:
43. Es wird gesäet in Unehr / und wird auferstehen in der Herrlichkeit: es wird in der Schwachheit gesäet / und es wird auferstehen in der Krafft.
44. Es ist ein Thierlicher Leib gesäet / und es wird auferstehen ein geistlicher Leib. Ist ein Thierlicher Leib / so ist auch ein geistlicher Leib / wie geschriben stehet:
45. Der erste Mensch Adam ist gemacht zu einer lebendigen Seel der letzte Adam aber zum lebendigmachenden Geist.
46. Aber das Geistliche ist nit das erst / sondern das Thierliche: darnach das Geistlich.
47. Der erste Mensch ist von der Erden / und ist Irrdisch: der ander Mensch ist vom Himmel und ist Himmlisch.
48. Wie nun der Irrdische ist / also seynd auch die Irrdische: und wie der Himmlisch ist / also seynd auch die Himmlische.
49. Derowegen / gleichwie wir das Bild deß Irrdischen Menschen getragen haben / also lasset uns auch das Bild deß Himmlischen tragen.
50. Diß sag ich aber / liebe Brüder / dan Fleisch und Blut können das Reich GOttes nit besitzen: so wird auch das Verweßlich die Unverweßlichkeit nit besitzen.
III. 51. Sihe ich sage euch ein Geheimnuß: Wir werden zwar alle widerumb auferstehen / aber wir werden nit alle verwandelt werden.
52. Es wird urplötzlich geschehen / im Augenblick / zur Zeit der letzten Posaunen: dan die Posaun wird schallen / u. die Todte werden unverweßlich aufferstehen / und wir werden verwandelt werden.
53. Dan diß Verweßliche muß die Unverweßlichkeit anziehen / und diß Sterblich die Unsterblichkeit. 54. Wan

54. Wan aber diß Sterblich die Unsterblichkeit angezogen hat / alsdan wird das Wort vollzogen werden / das geschriben stehet: Der Tod ist im Sig verschlungen.

55. O Tod / wo ist dein Sig? O Tod / wo ist dein Stachel:

56. Aber der Stachel deß Todts ist die Sünd: Die Krafft aber der Sünd ist das Gesatz.

57. Aber GOtt sey Danck / der uns den Sig gegeben hat / durch unsern HErrn JEsum Christum.

58. Derowegen meine liebe Brüder / seyd beständig und unbeweglich / und allezeit reich im Werck deß HErrn: und wisset / daß euer Arbeit nit vergeblich ist im HErrn.

Das XVI. Capitel.

I. Paulus ermahnt zur Einsammlung deß Allmosen für die Bedürfftige zu Jerusalem / 1.
II. Befihlt den Corinthern Timotheum / das Hauß Stephanä / und anderer / 10.
III. Entbiethet etliche Grüß / 19.

1. DJe Steuer aber belangend / welche für die Heilige zusammen gebracht wird, so macht ihrs auch / wie ich den Kirchen in Galatia verordnet hab.

2. Ein jeglicher unter euch lege am ersten Tag der Wochen bey sich in bewarsam / und versamle / was ihm wohl gefällt: damit die Steur alsdan nit gesammlet werde / wan ich komme.

3. Wan ich aber gegenwärtig seyn werde / alsdan wil ich die jenige schicken / eure Gaaben gen Jerusalem zu bringen / welche ihr durch Brieff darzu tüchtig erachten werdet.

4. Und wan es werth ist / daß ich auch dahin reise / so sollen sie mit mir reisen.

5. Ich wil aber zu euch kommen / wan ich durch Macedoniam werde ziehen: dan ich werde durch Macedoniam ziehen.

6. Bey euch aber werde ich villeicht bleiben oder auch wintern: damit ihr mich begleitet / wohin ich auch reisen werde.

7. Dan ich wil euch jetzt im vorüber ziehen nit sehen: dan ich hoffe alsdan eine Zeit lang bey euch zu bleiben / wo es der HERR zulassen wird.

8. Ich wil aber zu Epheso bleiben / biß auf den Pfingst Tag.

9. Dan mir ist ein grosse und ansehnliche Thir aufgethan: und seynd vil Widerwärtige *a*.

II. 10. Wan aber Timotheus kommen wird / so sehet zu, daß er ohn Forcht bey euch sey: Dan er würcket das Werck deß HErrn / wie ich auch.

a Widersacher

---

54. Cùm autem mortale hoc *m* induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: *n* Absorpta est mors in victoria.

55. Ubi est mors victoria tua? ubi est mors stimulus tuus?

56. Stimulus autem mortis *p* peccatum est: virtus verò peccati lex.

57. *q* Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum. *

58. Itaque fratres mei dilecti, stabiles estote, & immobiles: abundantes in opere Domini semper, scientes quòd labor vester non est inanis in Domino.

CAPUT XVI.

I. Hortatur de colligenda pro Christianis qui Jerosolymis agebant eleemosyna, 1.
II. Commendat eis Timotheum ac Stephanæ familiam: 10.
III. Salutationes subjungit. 19.

1. DE collectis *a* autem quæ fiunt in sanctos, sicut ordinavi Ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite.

2. Per unam *b* sabbati *c* unusquisque vestrûm apud se seponat, recondens quòd ei benè placuerit: ut non, cùm venero, tunc collectæ fiant.

3. Cùm autem præsens fuero: quos probaveritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram *d* in Jerusalem.

4. Quòd si dignum fuerit ut & ego eam, mecum ibunt.

5. Veniam autem ad vos, cùm Macedoniam pertransiero: nam Macedoniam pertransibo.

6. Apud vos autem forsitan manebo, vel etiam hyemabo: ut vos me deducatis quocumque iero.

7. Nolo enim vos modò in transitu videre, spero enim me aliquantulùm temporis manere apud vos, si Dominus permiserit.

8. Permanebo autem Ephesi usque ad Pentecosten.

9. Ostium enim mihi apertum est magnum, & evidens: & adversarii multi.

II. 10. Si autem venerit *e* Timotheus, videte ut sine timore sit apud vos: opus enim Domini operatur, sicut & ego.

Ccc 11. Ne

---

m corpus.
n Isa. 25. 8. Osee 13. 14. Hebr. 2. 14.
p mortem afferens.
q 1. Joan. 5. 5.
a eleemosynarum.
b primam.
c hebdomadæ.
d beneficium eleemosynæ.
e ad vos.

11. Ne quis ergo illum spernat: deducite autem illum in pace, ut veniat ad me: expecto enim illum cum fratribus.

12. de Apollo autem fratre vobis notum facio, quoniam multum rogavi eum ut veniret ad vos cum fratribus: & utique non fuit voluntas ut nunc veniret: veniet autem, cùm ei vacuum *f* fuerit.

13. Vigilate, state in fide, viriliter agite, & confortamini.

14. Omnia vestra in charitate fiant.

15. Obsecro autem vos fratres, nostis domum Stephanæ *g*, & Fortunati, & Achaïci: quoniam sunt primitiæ Achaiæ, & in ministerium sanctorum ordinaverunt seipsos:

16. ut & vos subditi *h* sitis ejusmodi, & omni cooperanti, & laboranti.

17. Gaudeo autem in præsentia Stephanæ, & Fortunati, & Achaïci: quoniam id, quod vobis deerat, ipsi suppleverunt *l*:

18. refecerunt enim & meum spiritum, & vestrum. Cognoscite ergo qui hujusmodi sunt.

III. 19. Salutant vos Ecclesiæ Asiæ. Salutant vos in Domino multùm, Aquila & Priscilla cum domestica sua Ecclesia: apud quos & hospitor.

20. Salutant vos omnes fratres. Salutate invicem in osculo sancto.

21. Salutatio, mea manu Pauli.

22. Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, sit anathema *m*, Maran *n* Atha *o*.

23. Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum.

24. Charitas mea cum omnibus vobis in Christo JESU.
Amen.

f opportunum.
g viri illustris.
h servientes eis.
l suo ministerio.
m i. excommunicetur.
n Dominus noster.
o venit, sc. propter homines.

11. Darum sol ihn niemand verachten: begleitet ihn aber im Friden/ daß er zu mir komme. Dan ich warte seiner mit den Brůdern.

12. Was aber Apollo den Bruder belangen thut/ thue ich euch zu wissen/ daß ich ihn vil gebetten habe/ daß er mit den Brůdern zu euch reisete: und es war zwar sein Will nit/ daß er jetzt kåme: er wird aber kommen/ wan es ihm wird gelegen seyn.

13. Wachet/ stehet im Glauben/ handlet månnlich/ und seyd geherzt:

14. All euer Ding geschehe in der Lieb.

15. Ich bitte euch aber/ liebe Brůder/ ihr kennet das Hauß Stephanå/ und Fortunati/ und Achaici: dan sie seynd die Erstlingen in Achaia/ und haben sich selbst zum Dienst der Heiligen verordnet/

16. Auf daß ihr solchen auch unterthan seyd/ und allen/ die mitwůrcken/ und arbeiten.

17. Ich erfreue mich aber in der Gegenwart Stephanå/ und Fortunati/ und Achaici: dan was an euch gemangelt hat/ das haben sie erstattet:

18. Dan sie haben meinen und euren Geist erquicket. Derowegen erkennet/ die solche seynd.

III. 19. Es grůssen euch die Kirchen in Asia. Es grůssen euch sehr im HErrn Aquila und Priscilla/ samt der Gemein/ die in ihrem Hauß ist: bey welchen ich auch meine Herberg hab.

20. Es grůssen euch alle Brůder. Grůsset euch untereinander mit dem heiligen Kuß.

21. Seyd gegrůsset mit meiner Hand Pauli.

22. So jemand unsern HErrn JEsum Christum nit lieb hat/ der sey verbannt/ wan unser HErr kommt.

23. Die Gnad unsers HErrn JEsu Christi sey mit euch.

24. Meine Lieb sey mit euch allen in Christo JESU/
Amen.

Die II. Epistel deß HEILIGEN PAULI Zu den Corinthern.

Das I. Capitel.

I. Paulus tröstet die Corinther/ mit Erzehlung der Trübsaalen/ aus welchen ihn GOTT in Asia errettet/ 8.

II. Offenbahret ihnen seiner Lehr / und seines Gemüths Aufrichtigkeit/ 12.

III. Entschuldiget sich/ weil er seinem Versprechen nach / nit zu ihnen kommen ist/ daß solches nit sey geschehen aus Unbeständigkeit/ sintemahl sein Lehr und Predigamt ein festen Bestand habe/ 17.

PAulus ein Apostel JEsu Christi / durch den Willen GOttes / und Timotheus der Bruder / der Kirchen GOttes/ die zu Corintho ist / samt allen Heiligen, welche in gantz Achaia seynd.

2. Gnad sey mit euch/ und Frid von GOtt unserm Vatter/ und vom HErrn JEsu Christo.

3. Gebenedeyt sey GOtt und der Vatter unsers HErrn JEsu Christi/ der Vatter der Barmhertzigkeit/ und GOtt alles Trosts/

4. der uns tröstet in aller unser Trübsaal: auf daß wir selbst auch die jenige trösten können, welche in allerhand Betrangnuß seynd/ durch die Ermahnungen/ durch welche auch wir von GOTT erinnert werden.

5. Dan gleichwie das Leyden Christi überflüssig auf uns kommt: also ist auch unser Trost durch Christum überflüssig.

6. Leyden wir nun Trübsaal/ so geschicht das zu eurer Ermahnung und zum Heyl/ werden wir aber getröstet / so geschichts euch zur Erinnerung/ und zum Heyl / welche Erinnerung / Gedult würcket desselbigen Leydens / so auch wir ausstehen:

7. Damit unsere Hoffnung für euch fest sey: dieweil wir wissen/ daß/ gleichwie ihr Mitgenossen seyd deß Leydens/ also ihr werdet deß Trosts theilhafftig seyn.

I. 8. Dan wir wollen euch/ liebe Brüder / unsere Trübsaal nit verhalten / welche uns in Asia widerfahren ist / daß wir über die Maaß / und über unser Vermögen seynd beschweret worden/ also/ daß uns auch verdroße zu leben.

EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI AD CORINTHIOS II.

CAPUT I.

I. Consolatur Apostolus Corinthios, ostendens, ex quantis in Asia adversitatibus eripuerit eum Dominus, 8.

II. Manifestat cordis sui ac doctrinæ sinceritatem, 12.

III. Excusat quòd juxta promissum ad eos non venerit, id actum esse ex nulla ipsius levitate: asserens firmam esse suæ prædicationis veritatem. 17.

PAulus Apostolus Jesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater, Ecclesiæ Dei, quæ est Corinthi cum omnibus sanctis *a*, qui sunt in universa Achaia. *a* id est, Christianis.

2. Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo.

3. *b* † Benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, Pater misericordiarum, & Deus totius *c* consolationis, *b Ephes.* 1. 3. 1. *Pet.* 1. 3. † UNIUS MART. PONT. *c* perfectæ.

4 qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: ut possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt, per exhortationem, qua exhortamur & ipsi à Deo.

5. Quoniam sicut abundant passiones *d* Christi in nobis: ita & per Christum abundat consolatio nostra. *d* afflictiones.

6. Sive autem tribulamur pro vestra exhortatione & salute; sive consolamur pro vestra consolatione, sive exhortamur pro vestra exhortatione & salute, quæ operatur tolerantiam earumdem passionum, quas & nos patimur:

7. ut spes nostra firma sit pro vobis: scientes quòd sicut socii passionum estis, sic eritis & consolationis. *

I. 8. Non enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia *e*, quoniam supra modum gravati sumus supra virtutem *f* ita ut tæderet nos etiam vivere. *e* Demetrio procurante. *Actor.* 19. 24. *f* vires.

9. Sed

9. Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, ut non simus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitat mortuos:

10. qui de tantis periculis nos eripuit, & eruit: in quem speramus quoniam & adhuc eripiet,

11. adjuvantibus & vobis in oratione pro nobis: ut ex multorum personis, ejus quæ in nobis est donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis.

II. 12. Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quòd in simplicitate cordis & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conversati sumus in hoc mundo: abundantius autem ad vos.

13. Non enim alia scribimus vobis, quàm quæ legistis, & cognovistis. Spero autem quòd usque in finem cognoscetis,

14. sicut & cognovistis nos ex parte, quòd gloria vestra sumus, sicut & vos nostra *g*, in die Domini nostri Jesu Christi.

g eritis.

15. Et hac confidentia volui priùs *h* venire ad vos, ut secundam gratiam *l* haberetis:

h pridem. *l* secundum spirituale beneficium.

16. & per vos transire in Macedoniam, & iterum à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Judæam.

III. 17. Cùm ergo hoc voluissem, numquid levitate usus sum? Aut quæ cogito, secundùm carnem cogito, ut sit apud me EST, & NON *m*?

m seu mutatio & inconstantia.

18. Fidelis autem Deus, quia sermo noster, qui fuit apud vos, non est in illo EST, & NON.

19. Dei enim filius Jesus Christus, qui in vobis per nos prædicatus est, per me, & Silvanum *n*, & Timotheum, non fuit EST, & NON, sed EST in illo fuit.

n sive Silam. Actor. 18. 5.

20. Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo EST *o*: ideo & per ipsum Amen *p* Deo ad gloriam nostram.

o i. Christo. *p* veritas & veræ promissiones factæ & completæ sunt.

21. Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui unxit nos Deus:

22. qui & signavit nos, & dedit pignus Spiritûs in cordibus nostris.

23. Ego autem testem Deum invoco in animam meam, quòd parcens vobis, non veni ultrà Corinthum: non quia domina-

9. Und wusten bey uns selbst nit anderst / dan wir müsten sterben / damit wir auf uns selbst nit vertrauen / sondern auf GOtt / der die Todte auferwecket:

10. Der uns aus solchen grossen Gefährlichkeiten errettet u. gerissen hat: auf welchen wir unser Vertrauen setzen / daß er uns auch noch erretten wird:

11. Durch Hülff euer Vorbitt für uns / auf daß durch vil Persohnen vil Dancks geschehe für uns / der Gaab *a* halben / so uns gegeben ist.

II. 12. Dan diß ist unser Ruhm / das Zeugnuß unsers Gewissens / das wir in Einfalt deß Hertzen / und in der Lauterkeit GOTTes / nit in fleischlicher Weißheit / sondern in der Gnad GOttes / unsern Wandel in diser Welt geführet haben: am allermeisten aber bey euch.

13. Dan wir schreiben euch nichts anders / dan was ihr gelesen und erkannt habt. Ich hoffe aber / ihr werdet also biß zum End erkennen /

14. gleichwie ihr uns auch zum Theil erkennet habt / daß wir euer Ruhm seynd wie ihr auch unser Ruhm seyd / auf den Tag unsers HErrn JEsu Christi.

15. Und in solchem Vertrauen hab ich vorhin zu euch kommen wollen / damit euch abermahl eine Wohlthat widerfuhre:

16. Und habe durch euch in Macedoniam reisen / und widerum aus Macedonia zu euch kommen wollen / und von euch in Judäam begleitet werden.

III. 17. Als ich nun solches im Willen gehabt / hab ich da ein Leichtfertigkeit gebrauchet? Oder was ich gedencke / gedencke ich das nach dem Fleisch / also / daß bey mir sey / bald JA / bald NEIN.

18. GOTT aber ist getreu / daß unsere Red / so bey euch geführet worden / nit jetzt bald JA / bald NEIN in ihm gewesen ist.

19. Dan der Sohn GOttes JEsus Christus / der bey euch durch uns ist geprediget worden / nemlich durch mich und Silvanum / und Timotheum / ist nit gewesen bald JA / und NEIN / sondern es ist JA in ihm gewesen.

20. Dan so vil der Verheissungen GOttes seynd / die seynd JA in ihm: darum ists auch durch ihn Amen bey GOtt / zu unserm Ruhm.

21. Der uns aber mit euch in Christo bestättiget / und der uns gesalbet hat / das ist GOTT:

22. Der uns auch versiglet hat / und hat das Pfand deß Geists in unsere Hertzen gegeben.

23. Ich aber ruffe GOTT zum Zeugen an auf meine Seel / daß ich euer verschonet hab / da ich gen Corinthum nit mehr kommen bin: nit daß wir herr-

a Gnad

schen über euren Glauben: sondern weil wir Gehülffen seynd eurer Freud: dan ihr stehet im Glaubē.

Das II. Capitel.

I. Paulus gibt Ursach seines Ausbleibens/ 1.

II. Begehrt/ sie sollen den Blutschänder/ welchen er verbannt hatte/ wider aufnehmen/ weil er Buß gewürckt/ 6.

III. Lehrt/ wie er allenthalben einen guten Geruch Christi von sich gebe/ den Bösen zwar/ und Unglaubigen zum Tod/ den Guten aber/ und Glaubigen zum Heyl/ 14.

1. Ich hab aber bey mir beschlossen / nit wider in Traurigkeit zu euch zu kommen.

2. Dan wan ich euch betrübe / wer ists dan/ der mich erfreuen möchte/ ohn der jenig der von mir betrübet wird?

3. Und eben dasselbig hab ich euch geschriben / damit ich nit bey meiner Ankunfft Traurigkeit über Traurigkeit hab von denen / von welchen ich billich Freud haben solte: sintemahl ich zu euch allen das Vertrauen hab / daß meine Freud euer aller Freud ist.

4. Dan ich hab euch geschriben aus grosser Trübsaal und Angst deß Hertzens / auch mit vilen Thränen: nit / daß ihr sollet betrübet werden / sondern daß ihr wissen sollet / was für eine sonderbare Lieb ich zu euch trage.

5. Hat aber jemand eine Traurigkeit verursachet/ der hat mich nit betrübet/ dan nur eines Theils/ damit ich euch nit alle beschwere.

II. 6. Es ist aber demselbigen/ der ein solcher ist/ genug an der Straff/ die von vilen geschehen:

7. Also/ daß ihr ihm hingegen vilmehr vergeben sollet/ und ihn trösten/ damit er/ der solcher ist/ nit in zu sehr grosse Traurigkeit versencket werde.

8. Darum bitte ich euch / ihr wollet die Lieb an ihm bestättigen.

9. Dan darum hab ich euch auch geschriben/ damit ich wissen/ und an euch erfahren möchte/ ob ihr auch in allen Dingen gehorsam seyd.

10. Welchem ihr aber etwas vergeben habt/ dem hab ichs auch vergeben/ dan was ich auch vergeben hab/ so ich etwas vergeben hab / das hab ich um euretwillen gethan in der Persohn Christi.

11. Damit wir nit vom Satan hintergangen werden: dan seine Gedancken seynd uns nit unbewust.

12. Als ich aber gen Troada kam / um deß Evangelii Christi willen / und mir die Thir eröffnet ward im HErrn.

13. Da hatte ich keine Ruhe in meinem Geist/ darum / daß ich meinen Bruder Titum nit

mur fidei vestræ, sed adjutores sumus gaudii vestri: nam fide statis.

CAPUT II.

I. Ostendit quòd ad ipsos non venerit, ne majoris esset causa tristitiæ, 1.

II. Exhortans ut fornicarium illum recipiant in gratiam: 6.

III. Indicat quòd magno quidem labore, magno tamen etiam fructu prædicaverit, licet prædicationis suæ fragrantia quibusdam fuerit mortis occasio. 14.

1. Statui autem hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia *a* venirem ad vos. *a vos contristans.*

2. Si enim ego contristo vos: & quis est, qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me?

3. Et hoc ipsum scripsi vobis, ut non cùm venero, tristitiam super tristitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere: confidens in omnibus vobis, quia meum gaudium, omnium vestrûm est.

4. Nam ex multa tribulatione, & angustia cordis scripsi vobis per multas lacrymas: non ut contristemini: sed ut sciatis, quam charitatem habeam abundantiùs in vobis.

5. Si quis autem contristavit, non me contristavit: sed ex parte, ut non onerem omnes vos.

II. 6. Sufficit illi, qui ejusmodi est, objurgatio hæc, quæ fit à pluribus:

7. ita ut econtrario magis donetis *b*, & consolemini, ne fortè abundantiori tristitiâ absorbeatur qui ejusmodi est. *b condonare debeatis.*

8. Propter quod obsecro vos, ut confirmetis in illum charitatem.

9. Ideò enim & scripsi, ut cognoscam experimentum vestrum, an in omnibus obedientes sitis.

10. Cui autem aliquid donastis, & ego: *c* nam & ego quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona *d* Christi, *c sc. dono. d vice & auctoritate Christi.*

11. ut non circumveniamur à satana *e*: non enim ignoramus cogitationes *f* ejus. *e sc. si nobis illum eripiat per desperationem. f astutias.*

12. cùm venissem autem Troadem propter Evangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in Domino,

13. non habui requiem spiritui meo, eò quòd non invenerim Titum fratrem me-

meum, sed valefaciens eis, profectus sum in Macedoniam.

III. 14. Deo autem gratias, qui semper triumphat *g* nos in Christo Jesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco:

g facit triumphare.

15. quia Christi bonus odor sumus Deo *h* in iis, qui salvi fiunt, & in iis, qui pereunt:

h ad Dei gloriam.

16. aliis quidem odor mortis in mortem: aliis autem odor vitæ in vitam. Et ad hæc quis tam idoneus?

17. Non enim sumus sicut plurimi, adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo, in Christo loquimur.

Caput III.

I. Non eget Apostolus hominum commendatione, cum fructus suæ prædicationis eum commendet: 1.

II. Multò majori in honore esse ministros novi testamenti ac spiritûs, quàm veteris testamenti ac litteræ: 6.

III. Declarat, quòd Judæi velamen adhuc habeant super cor suum in lectione Scripturarum, quod fide in Christum aufertur. 13.

1. INcipimus iterum nosmetipsos commendare? aut numquid egemus (sicut quidam) commendatitiis epistolis ad vos, aut ex vobis?

2. Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur, & legitur ab omnibus hominibus:

3. manifestati quòd epistola estis Christi, ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei vivi: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus *a*.

a carneis, vivis & sentientibus.

4. † Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum:

† Dom. 12. Post Pentec.

5. non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est:

II. 6. qui & idoneos nos fecit ministros novi testamenti: non littera *b*, sed spiritu: littera *c* enim occidit *d*, Spiritus autem vivificat.

b i. in littera. *c* sola, & sine Spiritu. *d* est occasio mortis. *e* lex vetus.

7. Quòd si ministratio mortis *e* litteris deformata in lapidibus, fuit in gloria; ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultûs ejus, quæ evacuatur:

---

fand: sondern ich nahm meinen Abschid von ihnen/ und reisete in Macedoniam.

III. 14. Aber GOtt sey Danck/ der allezeit machet/ daß wir den Sig erhalten in Christo JEsu/ und an allem Orth den Geruch seiner Erkanntnuß durch uns offenbahret:

15. Dan wir seynd GOtt ein guter Geruch Christi in denen/ die seelig werden/ und in denen/ die verlohren werden:

16. Etlichen zwar ein Geruch deß Todts zum Tod: den andern aber ein Geruch deß Lebens/ zum Leben. Wer ist nun hiezu also tauglich.

15. Et quia ab infantia sacras litteras nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem, quæ est in Christo JESU.

p 2. *Petr.* 1. 20.

16. *p* Omnis scriptura divinitùs, inspirata, utilis est ad docendum *q*, ad arguendũ *r*, ad corripiendũ *s*, ad erudiendũ *t* in justitia:

q veritatem.
r falsitatem.
s malos.
t omnes.
u Deo dicatus.

17. ut perfectus sit homo Dei *u*, ad omne opus bonum instructus.

CAPUT IV.

I. Timotheum per Christum judicem obtestatur, ut adversus falsos doctores, & eos qui tales sibi coacervant, constanter prædicet, tolerando quæcumque infligentur adversa: 1.

II. Prædicit suam passionem & futurum præmium; 6.

III. Advocat Timotheum, eo quòd à multis desertus sit, & ab Alexandro multa passus: 9.

IV. Salutat amicos. 19.

† S. SILVESTRI PAPÆ, & S. AUGUST. EPISC. & aliorum Doctorum.

1. TEstificor † coram Deo, & Jesu Christo, qui judicaturus est vivos, & mortuos, per adventum ipsius, & regnum ejus:

a sic errantes.

2. prædica verbum, insta opportunè, importunè: argue *a*, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina.

b ferent.
c qui pruriant auribus & afferant nova & curiosa.

3. Erit enim tempus, cùm sanam doctrinam non sustinebunt *b*, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus *c*,

d Græcè ferto mala.

4. & à veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.

5. Tu verò vigila, in omnibus labora *d*,

dan ihre Thorheit wird jederman offenbahr seyn/ wie auch der jenen gewesen ist.

II. 10. Du aber hast meine Lehr gefasset/ meine Unterweissung/ Fürsatz/ Glauben/ Langmüthigkeit/ Lieb/ Gedult/

11. Verfolgungen und Leyden/ so mir zu Antiochia/ Iconio und Lystris widerfahren seynd: was ich da für Verfolgungen ausgestanden habe/ und aus allen hat mich der HErr errettet.

12. Und alle/ die da gottseelig leben wollen in Christo JEsu/ werden Verfolgung leyden.

13. Aber die böse Menschen/ und Verführer werden im Bösen zunehmen/ dieweil sie irren/ und in Irrthum führen.

III. 14. Du aber bleibe in dem/ was du gelernet hast/ und was dir vertrauet ist: dieweil du weist/ von wem du es gelernet hast.

15. Und weil du von der Kindheit auf die heilige Schrifft weist/ welche dich zur Seeligkeit unterrichten kan/ durch den Glauben/ der in Christo JESU ist.

16. Dan alle Schrifft/ welche von GOtt ist eingeben/ ist nutz zu lehren/ zu beweisen/ zu straffen/ und zu unterweisen in Gerechtigkeit:

17. Daß ein Mann GOttes vollkommen sey/ zu allen guten Wercken abgerichtet.

Das IV. Capitel.

I. Paulus bitt Timotheum/ daß er allezeit die Seinige unterweise/ und die einreissende Ketzer straffe/ 1.

II. Weil ihm/ Paulo/ nunmehr der Tod/ die Cron der Marter und Gerechtigkeit bevorstehe/ und begehrt/ daß er sich zu ihm nach Rom/ zu seinem letzten Abschid verfüge/ 6.

III. Erzehlt/ wie er von seinen ersten Banden unter Nerone sey erledigt worden; und nun hoffe/ von diser zweyten Gefängnuß durch die Marter in den Himmel zu gelangen/ 9.

IV. Grüßt seine Bekannte/ und wünscht ihnen die Gnad GOttes/ 19.

1. ICh bezeuge aber vor GOTT/ und vor JESU Christo/ der die Lebendige und Todte richten wird/ durch seine Zukunfft und sein Reich:

2. Predige das Wort/ halt an/ es sey gelegen oder ungelegen/ straffe/ bitte/ und schilt in aller Gedult und Lehr.

3. Dan es wird eine Zeit kommen/ daß sie die heylsamme Lehr nit dulten werden/ sondern werden ihnen selbst nach ihren eygnen Lüsten häuffige Lehrmeister aufwerffen/ so die Ohren jucken *a*/

4. Und sie werden zwar das Gehör von der Warheit abwenden/ aber zu den Fablen sich kehren.

5. Du aber wache/ und bemühe dich allenthalben/

a Kitzlen/ Kratzen

ben/ thue das Werck eines Evangelisten / und verrichte deinen Dienst. Sey auch nüchter.

II. 6. Dan ich werde jetzt schon geopffert / und die Zeit meiner Auflösung ist verhanden.

7. Ich hab einen guten Kampff gekämpffet / ich hab meinen Lauff vollendet / ich hab den Glauben bewahret.

8. Im Ubrigen ist mir beygelegt die Cron der Gerechtigkeit / die mir der HErr / der gerechte Richter / an jenem Tag geben wird: nit allein aber mir / sondern auch den jenigen / die seine Zukunfft lieb haben. Eyle / daß du bald zu mir kommest.

III. 9. Dan Demas hat mich verlassen / er hat dise Welt lieb / und ist gen Thessalonica gezogen:

10. Crescens in Galatiam / Titus in Dalmatiam.

11. Lucas ist allein bey mir. Nimm zu dir Marcum / und bring ihn mit dir: dan er ist mir nutzlich zum Dienst.

12. Tychicum aber hab ich gen Ephesum gesandt.

13. Den Mantel / den ich zu Troade bey dem Carpo gelassen habe / bringe mit / wan du kommst / auch die Bücher / sonderlich aber das Pergament.

14. Alexander der Kupfferschmid hat mir vil Böses bewisen: Der HERR wird ihm vergelten nach seinen Wercken:

15. Denselbigen meyde du auch: dan er hat sich unsern Worten sehr widersetzt.

16. In meiner ersten Verantwortung ist niemand bey mir gewesen / sondern sie haben mich alle verlassen: das solle ihnen nit zugerechnet werden.

17. Der HErr aber ist mir beygestanden / und hat mich gestärckt / auf daß durch mich die Predig ausgeführet werde / und alle Heyden sie hören: und ich bin aus dem Rachen deß Löwens errettet worden.

18. Der HErr hat mich errettet von allem bösen Werck: und Er wird mir helffen in sein himmlisches Reich: welchem Ehr sey in alle Ewigkeit / Amen.

IV. 19. Grüsse die Priscam und Aquilam / und das Hauß Onesiphori.

20. Erastus ist zu Corintho bliben. Trophimum aber hab ich zu Mileto kranck gelassen.

21. Eyle / daß du vor dem Winter kommest. Es grüssen dich Eubulus / und Pudens / und Linus / und Claudia / und alle Brüder.

22. Der HERR JESUS Christus sey mit deinem Geist. Gnad sey mit euch / Amen.

opus fac Evangelistæ, ministerium tuum imple. Sobrius esto.

II. 6. Ego enim jam delibor, & tempus resolutionis meæ instat.

7. Bonum *e* certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi.

8. In reliquo reposita est mihi corona justitiæ *f*, quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex: non solùm autem mihi, sed & iis qui diligunt adventum ejus.* Festina ad me venire cito.

III. 9. Demas enim me reliquit, diligens hoc sæculum, & abiit Thessalonicam:

10. Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam.

11. *g* Lucas est mecum solus, Marcum assume, & adduc tecum: est enim mihi utilis in ministerium *h*.

12. Tychicum autem misi Ephesum.

13. Penulam *m*, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros, maximè autem membranas.

14. Alexander ærarius multa mala mihi ostendit *n*: reddet illi Dominus secundùm opera ejus:

15. quem & tu devita: valdè enim restitit verbis nostris.

16. In prima mea defensione *o* nemo mihi affuit, sed omnes *p* me dereliquerunt: non illis imputetur *q*.

17. Dominus autem mihi astitit, & confortavit me, ut per me prædicatio impleatur, & audiant omnes Gentes: & liberatus sum de ore Leonis *r*.

18. Liberavit me Dominus ab omni opere malo: & salvum faciet in regnum suum cæleste, cui gloria in sæcula sæculorum, Amen.

IV. 19. Saluta Priscam, & Aquilam, & *s* Onesiphori domum.

20. Erastus remansit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmum Mileti.

21. Festina ante hyemem venire. Salutant te Eubulus, & Pudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes.

22. Dominus Jesus Christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum.

Amen.

e plenum meriti, & honoris Dei.

f debita justis operibus.

g Coloss. 4. 14.

h sc. Evangelicum.

m pallii genus quidam putant, alii volumen.

n fecit.

o Quia causam suam egit coram Nerone cùm secundò Romam venisset.

p qui favere poterant.

q à Deo.

r Neronis.

s Supr. 1. 16.

EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI AD TITUM.

CAPUT I.

I. Facta salutatione & mentione spei vitæ æternæ quæ jam manifestata est, ostendit quales debeat ordinare presbyteros ac episcopos: 5.
II. Monet, ut dure etiam increpet seductores, & varia vitia: 10.
III. Ut resistat judaizantibus, qui factis Deum negant. 14.

PAulus servus Dei, Apostolus autem JESU Christi secundùm fidem electorum Dei, & agnitionem veritatis, quæ secundùm pietatem *a* est,

2. in spem vitæ æternæ, quam promisit qui non mentitur, Deus, ante tempora *b* sæcularia: *c*

3. manifestavit autem temporibus suis verbum suum in prædicatione, quæ credita est mihi secundùm præceptum Salvatoris nostri Dei:

4. Tito dilecto filio secundùm communem fidem, gratia, & pax à Deo Patre, & Christo Jesu Salvatore nostro.

I. 5. Hujus rei gratia reliqui te Cretæ *d*, ut ea, quæ desunt corrigas, & constituas per civitates presbyteros *e*, sicut & ego disposui tibi.

6. *f* Si quis sine crimine est, unius uxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione *g* luxuriæ, aut non subditos.

7. Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum:

8. sed hospitalem, benignum, sobrium, justum, sanctum, continentem *h*,

9. amplectentem eum, qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonem: ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere.

II. 10. Sunt enim multi etiam inobedien-

a de cultu Dei.
b sc. eam prædestinans.
c q. d. prædestinatam ante conditum mundum.
d vulgò Candia dicitur.
e i. Episcopos.
f 1. *Tim.* 3. 2.
g i. qui nequeant accusari.
h sc. ab uxoris amplexibus. S. Hier.

Die Epistel deß HEILIGEN PAULI Zu Tito.

Das I. Capitel.

I. Titus wird von Paulo erinnert / Bischöff und Priester einzusetzen / und wie sie sollen beschaffen seyn / 5.
II. Allen Ketzeren / und die Jüdisch leben / zu widerstreben / 10.
III. Derselben eytle Enthaltung von gewissen Speisen / zu verachten / 14.

PAulus ein Knecht GOTTes / aber ein Apostel JEsu Christi / nach dem Glauben der Außerwöhlten GOttes / und nach der Erkanntnuß der Warheit / welche nach der Gottseeligkeit ist /

2. zu der Hoffnung deß ewigen Lebens / das GOtt der nit lüget / vor den Zeiten der Welt verheissen hat:

3. Zu seiner Zeit aber hat Er sein Wort durch die Predig offenbahret / welche mir nach dem Befelch GOttes unsers Heylands vertrauet ist:

4. Tito meinem geliebten Sohn / nach dem gemeinen Glauben / Gnad und Frid von GOtt dem Vatter / und unserm Heyland JEsu Christo.

I. 5. Ich hab dich diser Ursach halben in Creta gelassen / daß du die Ding / so noch manglen / besserest / und besetzest die Städt mit Priestern / wie ich dir verordnet hab.

6. Wo einer ist ohne Laster / eines Weibs Mañ / der glaubige Kinder hat / über welche kein Klag ist / daß sie ein unzüchtiges Leben führen / oder ungehorsam seyn.

7. Dan ein Bischoff muß ohn Laster seyn / wie einem Haußhalter GOttes gebühret: nit hoffärtig / nit zornig / nit dem Wein zugethan / nit ein Schläger / nit einer / der schändlichs Gewinns begirig sey:

8. Sondern gastfrey / der gütig sey / nüchter / gerecht / heilig / keusch.

9. Der sich fest halte an dem getreuen Wort / das zur Lehr dienet: auf daß er mächtig sey / durch die heylsamme Lehr zu ermahnen / und die jenige zu überweisen / die widersprechen.

II. 10. Dan es seynd auch vil ungehorsame unnütze Schwätzer /

Schwätzer/und Verführer: insonderheit/ die aus der Beschneidung seynd:

11. Denen man das Maul stopffen muß: welche gantze Häuser verkehren/dieweil sie lehren/was sich nit gebühret/ um schändliches Gewinns willen.

12. Es hat einer aus ihnen gesagt / der ihr eygner Prophet ist: Die Creter seynd immerdar Lugner/ böse Thier/ und faule Bäuch.

13. Dise Zeugnuß ist wahr. Um der Ursach willen straffe sie hart/ damit sie rechtgeschaffen seynd im Glauben/

III. 14. Und nit achten auf die Jüdische Fablen / und auf die Gebott der Menschen / die sich von der Warheit abwenden.

15. Den Reinen ist alles rein: Aber den Unreinen und Unglaubigen ist nichts rein / sondern es ist beflecket / so wohl ihr Gemüth / als ihr Gewissen.

16. Sie geben vor mit dem Mund / daß sie GOtt erkennen/ aber mit der That verlaugnen sie ihn: dieweil sie abscheulich seynd / und unglaubig/ und zu allem guten Werck untüchtig.

Das II. Capitel.

I. Paulus unterweißt Titum/ wie er sich mit Wort und Wercken gegen jederman sol verhalten/ 1.

II. Und allen zu Gemüth führen die Gnad Christi / der uns lehrt / nüchter / gerecht und Gottsförchtig vor GOtt zu wandlen/ 11.

1. DU aber rede / wie sichs nach der heylsammen Lehr gezimmet.

2. Ermahne die Alte/ daß sie nüchter seyn / ehrbar/ vorsichtig/ rechtgeschaffen im Glauben/ in der Lieb/ in der Gedult.

3. Jmgleichen die alte Weiber/ daß sie sich in der Kleydung halten wie den Heiligen gebühret / daß sie nit lästern/ nit vilem Wein zugethan seyn / sondern daß sie gute Lehr geben/

4. daß sie die junge Weiber lehren / ihre Männer und ihre Kinder lieben/

5. daß sie vorsichtig/ keusch / und nüchter seyn/ das Hauß versorgen / gütig / und ihren Männern unterthan/ damit das Wort GOttes nit gelästert werde.

6. Jmgleichen ermahne die Jüngling / daß sie nüchter seyn.

7. Stelle dich selbst vor in allen Dingen zum Exempel der guten Wercken/ in Lehr / in Redlichkeit/ im ernsthafftigen Weesen/

8 Das Wort soll heylsam und unsträfflich seyn: auf daß der Widerwärtig sich schäme/ und nichts habe/ daß er von uns was Böses sage.

9. Die Knecht ermahne / daß sie ihren Herren

tes, vaniloqui, & seductores: maxime
qui de circumcisione *k* sunt: *k Judæis.*

11. quos oportet redargui: qui universas domos subvertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia.

12. Dixit quidam ex illis, proprius ipsorum propheta *l*: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. *l sc. Epimenides.*

13. Testimonium hoc verum est.
Quam ob causam increpa illos durè *m*, ut *m severè.*
sani sint in fide,

III. 14. non intendentes Judaicis fabulis, & mandatis hominum, aversantium se à veritate.

15. *n* Omnia munda mundis *o*: coinquinatis autem, & infidelibus nihil est mundum, sed inqinatæ sunt eorum & mens, & conscientia. *n Rom. 14. o rite & bene utentibus.*

16. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant: cùm sint abominati, & incredibiles *p*, & ad omne opus bonum reprobi. *q* *p increduli. q inepti.*

CAPUT II.

I. Instruit Titum: quomodo docere debeat senes, anus, adolescentulas ac juvenes, præbendo se omnibus vitæ exemplum: 1.

II. Ostendit in quibus nos erudiat gratia Dei quæ apparuit, & quid Christus exigat pro beneficiis nobis exhibitis. 11.

1. TU autem loquere quæ decent sanam doctrinam:

2. Senes ut sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia:

3. Anus similiter in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino servientes, benè docentes: *a* *a sc. bona.*

4. ut prudentiam doceant adolescentulas, ut viros suos ament, filios suos diligant,

5. prudentes *b*, castas, sobrias, domûs curam habentes, benignas, subditas viris suis, ut non blasphemetur *c* verbum Dei: *b sc. esse. c vituperetur.*

6. Juvenes similiter hortare ut sobrii sint.

7. In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate, *d tuum. e sit. f Ephes. 6.*

8. verbum *d* sanum *e*, irreprehensibile: ut is, qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. *5. Coloss. 3. 22. 1. Pet. 2. 18.*

9. *f* Servos dominis suis subditos esse,

in

g in ministerio vel in rebus.
† In Nativit. Dom. Ad 1. Missam, & Circumcis. Domini.
h Infr. 3. 4.
l misericordia.
m mundana.
n beatitudinem speratam.

in omnibus placentes, non contradicentes,

10. non fraudantes g, sed in omnibus fidem bonam ostendentes: ut doctrinam Salvatoris nostri Dei ornent in omnibus.

II. 11. † h Apparuit enim gratia l Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus,

12. erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & sæcularia m desideria, sobriè, & justè, & piè vivamus in hoc sæculo,

13. expectantes beatam spem n, & adventum gloriæ magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi:

14. qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum.

15. Hæc loquere, & exhortare, * & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

CAPUT III.

I. Pergit instruere, ad quas virtutes debeat adhortari, & à quibus vitiis dehortari salvatos à peccatis prioribus Dei benignitate per lavacrum regenerationis. 1.

II. Monet ut hæc docens devitet hæreses & omnem vanam doctrinam, 9.

III. Quosdam advocat amicos, omnésque salutat. 12.

a Cretenses.
b i. magistratibus.
c eorum.
d lædere conviciis.

1. ADmone illos a principibus, & potestatibus b subditos esse, dicto c obedire, ad omne opus bonum paratos esse:

2. neminem blasphemare d, non litigiosos esse, sed modestos, omnē ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.

3. Eramus enim aliquando & nos insipientes, increduli, errantes, servientes desideriis, & voluptatibus variis, in malitia & invidia agentes, odibiles e, odientes invicem.

e odio digni.
† In Nativ. Domini. Ad 2. Missam, & In Oct. Ejusdem Nativ.
f Supr. 2. 11.
g Græcè Philanthropia, i. amor in homines.
h 2. Tim. 1. 9.
l sc. opera.

4. Cùm autem † benignitas f, & humanitas g apparuit Salvatoris nostri Dei:

5. h non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos, sed secundùm suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis, & renovationis Spiritûs sancti l,

6. quem effudit in nos abundè per Jesum Christum Salvatorem nostrum:

7. ut justificati gratiâ ipsius, heredes simus secundùm spem vitæ æternæ.*

8. Fidelis sermo est: & de his vo-

unterthänig seyn / und in allen Dingen wohlgefällig / daß sie nit widersprechen /

10. noch etwas veruntreuen / sondern in allem guten Glauben a erzeigen: damit sie die Lehr GOttes unsers Heylands ziehren in allen Dingen.

II. 11. Dan es ist erschinen die Gnad GOttes unsers Seeligmachers allen Menschen /

12. Und hat uns gelehrt / daß wir sollen absagen dem ungöttlichen Weesen / und den weltlichen Lüsten / und nüchter / und gerecht / und gottseeliglich in diser Welt leben /

13. Und warten auf die seelige Hoffnung / und auf die Zukunfft der Herrlichkeit deß grossen GOttes / und unsers Heylands JEsu Christi.

14 Der sich selbst für uns gegeben hat / damit Er uns von aller Ungerechtigkeit erlösete / und ihm selbst ein angenehmes Volck reinigte / das nach guten Wercken strebe.

15. Solches rede / und ermahne / und straffe mit aller Macht. Laß dich niemand verachten.

Das III. Capitel.

I. Paulus lehrt / daß die Glaubige auch der heydnischen Obrigkeit Gehorsam sollen leisten / eingezogen / und sanfftmüthig gegen allen sich erzeigen / und den guten Wercken durch die Gnad Christi obligen / 1.

II. Verbiet alle Gemeinschafft mit den Ketzern / 9.

III. Grüsset seine Freund / und berufft Titum / Zenam / und Apollo zu sich in Macedoniam / 12.

1. ERmahne sie / daß sie den Fürsten und Obrigkeiten unterthan / und gehorsam / und zu allem guten Werck bereit seyn:

2. Daß sie niemand lästern / noch zänckisch seyn / sondern eingezogen / alle Sanfftmüthigkeit erweisen gegen alle Menschen.

3. Dan wir waren auch vormahls unwitzig / unglaubig / irrend / dieneten den Begirden / und allerhand Wollüsten / und wandleten in Boßheit und Neyd / waren feindselig / und hasseten uns untereinander.

4. Nachdem aber die Freundlichkeit und Gütigkeit GOttes unsers Heylands erschinen ist /

5. hat Er uns nit aus den Wercken der Gerechtigkeit / die wir gethan haben / sondern nach seiner Barmhertzigkeit seelig gemacht / durch das Bad der Widergeburt / und der Erneuerung deß heiligen Geists /

6. Den Er reichlich über uns hat ausgegossen / durch JEsum Christum unsern Heyland:

7. Auf daß wir durch seine Gnad gerechtfertiget / nach der Hoffnung Erben seyn deß ewigen Lebens.

8. Diß ist ein getreues Wort. Und solches

a Treu

wil ich daß du dise Ding bestättigest: damit die jenige so an GOtt glaubig seynd worden / sich befleissen / in guten Wercken vortrefflich zu seyn. Solches ist gut und nutz den Menschen.

II. 9. Aber die thorrechte Fragen / und Außrechnung der Geschlechter / und das Gezänck / und die Streitt über das Gesatz solst du meiden. Dan sie seynd unnütz und eytel.

10. Einen ketzerischen Menschen solst du meyden / nachdem er ein oder zweymal ist ermahnet worden:

11. Und solst wissen / daß ein solcher verkehret ist / und sündiget / dieweil er durch sein eygnes Urtheil verdammt ist.

III. 12. Wan ich den Artemam und Tychicum zu dir senden werde / alsdan eyle zu mir zu kommen gen Nicopolim: dan daselbst bin ich Vorhabens über den Winter mich aufzuhalten.

13. Zenam den Gesatzgelehrten / und den Apollo sende mit Fleiß vorher / damit ihnen nichts mangle.

14. Laß aber auch die unsere lernen / in guten Wercken vortrefflich seyn / auf daß man sie in nothwendigen Sachen brauchen möge: damit sie nicht unfruchtbar seynd.

15. Es grüssen dich alle die bey mir seynd: Grüsse die jenige / die uns lieben im Glauben. Die Gnad GOttes sey mit euch allen Amen.

lo te confirmare: ut curent bonis operibus præesse *m* qui credunt DEO. Hæc sunt bona, & utilia hominibus.

II. 9. *n* Stultas autem quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis *o* devita; sunt enim inutiles, & vanæ.

10. Hæreticum hominem post unam, & secundam correptionem devita.

11. sciens quia subversus est, qui ejusmodi est, & delinquit, cùm sit proprio judicio condemnatus *p*.

III. 12. Cùm misero ad te Artemam, aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolim: ibi enim statui hyemare.

13. Zenam legis peritum, & Apollo solicitè præmitte, ut nihil illis desit.

14. Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad usus necessarios *q*, ut non sint infructuosi.

15. Salutant te qui mecum sunt omnes: saluta eos, qui nos amant in fide. Gratia Dei cum omnibus vobis. Amen.

m intendere.

n 1. *Tim.* 1. 4. & 4. 7. 2. *Tim.* 2. 23.

o de lege, Syr. scribarum.

p ut notte sequens proprium judicium.

q pauperibus.

Die Epistel deß HEILIGEN PAULI Zu Philemon.

Das I. Capitel.

I. Paulus lobt die Lieb / und gute Werck / so Philemon den Glaubigen beweist / 4.

II. Bitt ihn / daß er Onesimum / seinen Knecht unlängst getaufft / widerum wölle aufnehmen / und die begangene Schuld verzeyhen / 10.

PAulus ein gebundner JEsu Christi / und Timotheus der Bruder. Philemoni unserm Geliebten und Mitgehülffen /

2. und Appiä / der vilgeliebten Schwester und Archippo / unserm Streitgenossen sambt der Kirchen / die in deinem Hauß ist.

3. Gnad sey mit euch / und Frid von GOtt unserm Vatter / und dem HErrn JEsu Christo.

EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI AD PHILEMONEM.

CAPUT I.

I. Philemonis charitatem ac fidem collaudat, 4.

II. Onesimum servum ipsi remittit, & commendat, eiúsque culpam in se recipit; indicans se cupere ipsum habere, ut sibi ministret in Evangelii prædicatione. 10.

PAulus vinctus Christi *a* Jesu, & Timotheus frater; Philemoni dilecto, & adjutori nostro *b*.

2. & Appiæ *c* sorori *d* charissimæ, & Archippo commilitoni nostro, & Ecclesiæ, quæ in domo tua est.

3. Gratia vobis, & pax à Deo Patre nostro, & Domino Jesu Christo.

a ob Christum.

b Græc. cooperanti.

c uxori Philemonis.

d i. Christianæ.

I. 4. Gratias ago Deo meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis,

5 audiens charitatem tuam, & fidem, quam habes in Domino Jesu, & in omnes sanctos:

e manifesta. 6. ut communicatio fidei tuæ evidens *e* fiat in agnitione omnis operis boni, quod est in vobis in Christo Jesu.

7. Gaudium enim magnum habui, & consolationem in charitate tua: quia visce-
f refocillata sunt. ra sanctorum requieverunt *f* per te, frater.

8. Propter quod multam fiduciam habens in Christo Jesu imperandi tibi quod
g convenit. ad rem pertinet: *g*

9. propter charitatem magis obsecro,
h i. senex. cùm sis talis *h*, ut Paulus senex, nunc autem & vinctus Jesu Christi:

II. 10. Obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis, Onesimo,

11. qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc
l alludit ad nomen Onesimi, quod significat utilē. autem & mihi & tibi utilis *l*,

12 quem remisi tibi. Tu autem illum, ut mea viscera *m*, suscipe:

m q. d. mihi dilectissimum. 13. quem ego volueram mecum detinere, ut pro te mihi ministraret in vinculis Evangelii:

14. sine consilio *n* autem tuo nihil volui
n sententia. facere, uti ne velut ex necessitate bonum *o*
o beneficium. tuum esset, sed voluntarium.

15. Forsitan enim ideò discessit ad ho-
p breve tempus. ram *p* à te, ut æternum illum reciperes:

16. jam non ut servum, sed pro servo charissimum fratrem, maximè mihi; quan-
q corporali servitio. tò autem magis tibi, & in carne *q* & in Domino?

r in religione. 17. Si ergo habes me socium *r*, suscipe illum sicut me:

18. Si autem aliquid nocuit *s* tibi, aut de-
s aufugiendo. bet; hoc mihi imputa.

19. Ego Paulus scripsi mea manu: ego reddam, ut non dicam tibi, quod & teipsum mihi debes:

t capiam ex te fructum. 20. ita frater. Ego te fruar *t* in Domino: Refice viscera mea in Domino.

21. Confidens in obedientia tua scripsi tibi: sciens quoniam & super id, quod dico, facies.

22. Simul autem & para mihi hospiti-
u donatum iri. um: nam spero per orationes vestras donari *u* me vobis.

I. 4. Ich dancke meinem GOtt und bin deiner allezeit ingedenck in meinem Gebett/

5. Dieweil ich von deiner Lieb/ und von deinem Glauben höre/ den du hast in den HErrn JEsum/ und an alle Heilige:

6. Damit die Gemeinschafft deines Glaubens offenbahr werde/ durch Erkanntnuß eines jeglichen guten Wercks das in euch ist in Christo JEsu.

7. Dan ich hab eine grosse Freud und Trost gehabt in deiner Lieb: dan durch dich/ lieber Bruder / seynd die Hertzen der Heiligen erquicket worden.

8. Deßwegen hab ich ein groß Vertrauen in Christo JEsu / dir zu gebiethen/ was zu der Sach dienlich ist:

9. Und bitte noch vilmehr / um der Lieb willen / dieweil du also geschaffen bist/ wie Paulus der Alte/ nun aber auch ein Gebundener JEsu Christi.

II. 10. Ich bitte dich für meinen Sohn Onesimum/ den ich in den Banden gezeuget hab:

11. Welcher dir etwan unnütz war / jetzt aber ist er sowohl mir / als auch dir nutz /

12. den ich dir widerum zuruck gesandt habe. Du aber solst ihn aufnehmē/ wie mein eygen Hertz:

13. Welchen ich willens war bey mir zu behalten / daß er mir an deiner Stadt dienete / in den Banden deß Evangelii.

14. Ich hab aber nichts thun wollen ohn deinen Rath / damit dein Gutes nit getrungen *a* / sondern freywillig wäre.

15. Dan villeicht ist er darum eine geringe Zeit von dir abgewichen / damit du ihn ewig widerum bekämest:

16. Aber nun nit mehr/ wie ein Knecht/ sondern für einen vilgeliebten Bruder / insonderheit mir: wie vilmehr aber dir/ sowohl nach dem Fleisch / als auch im HErrn.

17. So du mich dan für deinen Mitgesellen haltest/ so nimm ihn auf/ als mich.

18. Und so er dir etwas Schaden gethan / oder schuldig ist/ das rechne mir zu.

19. Ich Paulus habs geschriben mit meiner Hand: ich wils bezahlen / ich geschweige / daß du dich selbst mir schuldig bist:

20. Ja lieber Bruder: Laß mich deiner geniessen im HErrn: Erquicke mein Hertz im HErrn.

21. Aus dem Vertrauen auf deinen Gehorsam/ hab ich dir geschriben: dieweil ich weiß / daß du auch mehr thun wirst/ dan ich sage.

22. Bereite mir aber auch zugleich die Herberg: dan ich hoffe/ daß ich euch werde durch euer Gebett geschencket werden.

a genöthiget

23. Es

23. Es grüsset dich Epaphras/ mein Mitgefangner in Christo JEsu/
24. Marcus/ Aristarchus/ Demas und Lucas meine Gehülffen.
25. Die Gnad unsers HErrn JEsu Christi sey mit eurem Geist/ Amen.

Die Epistel deß HEJLJGEN PAULJ Zu den Hebräern.

Das I. Capitel.

I. Paulus beweißt aus der Heil. Schrifft wider Simonem den Zauberer/ und andere Ketzer/ die den Englen zu vil zulegten/ daß JEsus Christus GOtt sey/ 1.
II. Und darum weit grösser/ als Moyses/ die Propheten/ und alle Enjel/ 13.

MAnnigfältig/ und auf vilerley Weiß hat GOtt vor Zeiten geredet mit unsern Vättern durch die Propheten: Endlich
2. in disen Tagen hat Er mit uns geredet/ durch den Sohn/ welchen Er gesetzt hat zum Erben aller Ding/ durch welchen Er auch die Welt gemacht hat:
3. Welcher/ weil Er ist der Glantz seiner Herrlichkeit/ und die Gestalt seines Weesens/ und tragt alle Ding in dem Wort seiner Krafft/ und hat gemacht die Reinigung unserer Sünd/ sitzet Er nun zu der Rechten der Majestät in der Höh/
4. und ist so vil besser worden/ als die Engel/ so vil Er einen höhern Namen vor ihnen ererbet hat.
5. Dan zu welchem unter den Englen hat ER jemahl gesagt: Du bist mein Sohn/ heut hab ich dich gebohren? und abermahl: Jch wil sein Vatter seyn/ und Er sol mein Sohn seyn?
6. Und da Er abermahl den Erstgebohrnen einführet in die Welt/ spricht Er: Und es sollen ihn anbetten alle Engel GOttes.
7. Und zwar zu den Englen spricht Er: Der seine Engel Geister machet/ und seine Diener Feur-Flammen.
8. Aber zum Sohn spricht Er: dein Thron/ O

23. Salutat te Epaphras concaptivus meus in Christo Jesu;
24. Marcus, Aristarchus, Demas, & Lucas, adjutores mei.
25. Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

EPISTOLA B. PAULI APOSTOLI AD HEBRÆOS.

CAPUT I.

I. Veteri Testamento per Angelos dato novum per Christum verum Dei Filium datum præfertur, 1.
II. Quia & Christus Angelis dignior est, antecellens eos origine, dominio, potentia & honore. 13.

MUltifariàm,† multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: novissimè,
2. diebus istis locutus est nobis in Filio *a*, quem constituit *b* heredem universorum, per quem fecit & sæcula:
3. *c* qui cùm sit splendor *d* gloriæ, & figura substantiæ ejus, portansque *e* omnia verbo virtutis suæ *f*, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram majestatis in excelsis:
4. tantò melior Angelis effectus, quantò differentiùs præ illis nomen hereditavit.
5. Cui enim dixit aliquando Angelorum: *g* Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum: *h* Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium?
6. Et cùm iterum introducit *l* primogenitum in orbem terræ, dicit: *m* Et adorent eum omnes Angeli Dei.
7. Et ad Angelos quidem dicit: *n* qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis.
8. Ad filium autem: *o* Thronus tuus Deus

† IN NATIV. DOMINI AD 3. MISS.
a per filium.
b quà hominem.
c *Sap. 7. 26.*
d ic. coæternum lumen de lumine.
e sustinens, ne recidant in nihilum.
f imperio suo potenti.
g *Psalm.* 2. 7.
h *2. Reg. 7.* 14.
l per iteratum adventum.
m *Psalm.* 96. 7.
n *Psalm.* 103. 4.
o *Psalm.* 44. 7.

us in sæculum sæculi: virga æquitatis, virga regni tui.

9. Dilexisti justitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis *p*.

p excellentiùs quàm consortes tuos, i. justos.

10. Et: *q* Tu in principio Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cæli.

q Psalm. 101. 26.

11. Ipsi peribunt, tu autem permanebis, & omnes ut vestimentum veterascent:

12. & velut amictum mutabis *s* eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.*

s Græcè vertes.

II. 13. Ad quem autem Angelorum dixit aliquando: *t* Sede à dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?

t Psalm. 109. 1. 1. Cor. 15. 25.

14. Nonne omnes sunt administratorii spiritus *u*, in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capient salutis?

u i. Dei ministri, adeoque Christi.

Caput II.

I. Cùm Angelicorum præceptorum transgressio dignam acceperit ultionem, multò magis punietur transgressor præceptorum Christi: 1.

II. Qui per susceptam humanitatem & crucem minoratus ab Angelis, ex eo factus est auctor salutis in ipsum credentium. 9.

1. Propterea abundantiùs *a* oportet observare nos ea, quæ audivimus *b*, ne fortè pereffluamus *c*.

a perfectiùs. *b* Filio revelante. *c* i. excidamus ut solet quod effluit.

2. Si enim qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis prævaricatio, & inobedientia accepit justam mercedis retributionem:

3. quomodo nos effugiemus *d*, si tantam neglexerimus salutem? quæ cùm initium accepisset enarrari per Dominum ab eis, qui audierunt, in nos confirmata est,

d sc. supplicium.

4. *e* contestante Deo signis & portentis *f*, & variis virtutibus, & Spiritûs sancti distributionibus secundùm suam voluntatem.

e Marc. 16. 20. *f* prodigiis.

5. Non enim Angelis subjecit Deus orbem terræ futurum *g*, de quo loquimur.

g post judicium.

6. Testatus est autem in quodam loco quis, dicens: *h* Quid est homo quòd memor es ejus, aut filius hominis quoniam visitas eum?

h Psalm. 8. 5.

7. Minuisti eum paulominùs *l* ab Angelis: gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum.

l quod pertinet ad naturam humanam.

GOtt / wehret in alle Ewigkeit: der Scepter deines Reichs ist ein Scepter der Richtigkeit.

9. Du hast die Gerechtigkeit geliebt / und gehasset die Ungerechtigkeit: Darum hat dich / O GOTT / dein GOTT mit Freuden-Oel gesalbet / vor deinen Mitgenossen.

10. Und du hast / O HERR / im Anfang die Erd gegründet: und die Himmel seynd Werck deiner Händen.

11. Sie werden vergehen / du aber bleibest / und sie werden alle / wie ein Kleyd veralten:

12. Und du wirst sie wandlen wie ein Kleyd / und sie werden verwandlet werden: du aber bist eben derselbig / und deine Jahr werden kein End haben.

II. 13. Aber zu welchem unter den Englen hat Er jemahl gesagt: setze dich zu meiner rechten Hand / biß ich deine Feind lege zum Schemmel deiner Füssen?

14. Seynd sie nit alle miteinander dienstbare Geister / ausgesandt zum Dienst / um deren willen / so da erben sollen die Seeligkeit.

Das II. Capitel.

I. Paulus lehrt / daß Christus / weil Er über alle Engel ist / allein für den Gesatzgeber / 1.

II. Und Erlöser zu halten sey / so uns alle durch sein Leyden heilige / und als der höchste Priester mit GOtt versöhne / 9.

1. DArum müssen wir destomehr acht geben auf die Ding / die wir gehöret haben / damit wir nit etwan verfliessen.

2. Dan so fest worden ist das Wort / das durch die Engel geredt war / und wan alle Ubertrettung und Ungehorsam hat empfangen seinen rechten Lohn:

3. Wie werden wir entfliehen / wan wir ein solche Seeligkeit aus der Acht lassen? Welche / nachdem sie durch deß HErrn Predig den Anfang genommen / ist sie auf uns befestigt worden von denjenigen / die ihn gehöret haben.

4. Durch das GOttes Bezeugen mit Zeichen und Wundern / und mancherley Kräfften / und unterschidlichen Gaaben deß heiligen Geists / nach seinem Willen.

5. Dan GOtt hat die künfftig Welt / davon wir reden / den Englen nit unterworffen.

6. Sondern es hat einer bezeuget an einem Ort / da er spricht: Was ist der Mensch / daß du an ihn gedenckest oder deß Menschen Sohn / daß du ihn heimsuchest?

7. Du hast ihn ein wenig geringer gemacht / dan die Engel: mit Ehr und Herrlichkeit hast du ihn gecrönet und hast ihn gesetzt über die Werck deiner Händen.

8. Alle Ding hast du seinen Füssen unterworf-
fen. Dan in dem / daß Er ihm alles unterworf-
fen/ hat Er nichts gelassen das ihm nit unterworf-
fen sey. Wir sehen aber jetzt noch nit / daß Ihm
alles unterworffen ist.
II. 9. Den aber / der ein wenig minder worden ist/
dan die Engel nemlich JEsum sehen wir/ daß ER
um seines Leydens und Todts willen / mit Ehr und
Herrlichkeit gecrönet ist: auf daß ER durch GOt-
tes Gnad für alle den Tod schmeckete.
10. Dan es gezimet sich / daß derselbig / um
dessen willen alle Ding seynd / und durch welchen
alle Ding seynd / der vil Kinder zu der Herrlichkeit
geführet hat / daß ER den Stiffter ihres Heyls
durch das Leyden vollkommen machte.
11. Dan der da heiliget/und die geheiliget werden/
seynd alle aus einem Herkommen. Um welcher
Ursach willen/ Er sich nit schämet / sie Brüder zu
nennen/ da ER spricht:
12. Ich will deinen Namen meinen Brüdern
verkündigen: mitten unter der Gemein wil Ich dich
preysen.
13. Und abermahl: Ich wil auf ihn vertrauen:
Und abermahl: Sihe/ Ich selbst / und meine Kin-
der/ die mir GOtt gegeben hat.
14. Dieweil nun die Kinder die Gemeinschafft
haben deß Fleisches und Bluts / so hat Er sich der-
selbigen auch imgleichen theilhafftig gemacht: auf
daß Er durch den Tod denselbigen zerstöhrete/ der
deß Todts Gewalt hatte/ das ist/ den Teuffel:
15. Und die jenige erlösete / welche aus Forcht
deß Todts all ihr Lebenlang der Knechtschafft un-
terworffen waren.
16. Dan Er hat nirgends die Engel angenom-
men/ sondern den Saamen Abrahams hat Er an-
genommen.
17. Daher muste Er aller Dings seinen Brü-
dern gleich werden / auf daß Er barmhertzig wur-
de und ein getreuer hoher Priester vor GOtt / zu
versöhnen die Sünd deß Volcks.
18. Dan darinnen Er selber gelitten hat / und
versucht ist/ kan Er auch helffen denen/ die versucht
werden.

Das III. Capitel.

I. Paulus lehrt/ daß Christus/ als der HErr/eher und mehr/ als sein Diener Moyses sol gehöret werden/ 1.

II. Sonst werden sie/ die Hebräer / von wegen ihres Unglaubens/ gleichwie ihre Vor-Eltern in der Wüsten gestrafft/ und von dem gelobten Land der Außerwöhlten ausgeschlossen werden/ 7.

1. DErowegen/ ihr heilige Brüder / die ihr deß
himmlischen Beruffs theilhafftig worden

8. *m* Omnia subjecisti sub pedibus ejus:
In eo enim quòd omnia ei subjecit, ni-
hil dimisit non subjectum ei. Nunc
autem necdum videmus omnia subjec-
ta ei.
II. 9. *n* Eum autem, qui modico quàm
Angeli minoratus est, videmus Jesum
propter passionem mortis, gloria & hono-
re coronatum: ut gratia *o* Dei, pro omni-
bus gustaret *p* mortem.
10. Decebat enim eum, propter quem
omnia, & per quem omnia, qui mul-
tos filios in gloriam adduxerat *q*, auc-
torem salutis eorum per passionem con-
summare.
11. Qui enim sanctificat, & qui san-
ctificantur, ex uno *r* omnes. Propter
quam causam non confunditur fratres
eos vocare, dicens:
12. *s* Nuntiabo nomen tuum fratri-
bus meis: in medio Ecclesiæ laudabo
te.
13. Et iterum: *t* Ego ero fidens in eum.
Et iterum: *u* Ecce ego, & pueri *x* mei, quos
dedit mihi Deus.
14. Quia ergo pueri communicaverunt
carni, & sanguini, & ipse similiter partici-
pavit eisdem *y*: ut per mortem destrue-
ret *z* eum, qui habebat mortis imperium *a*,
id est, diabolum:
15. & liberaret eos *b*, qui timore
mortis per totam vitam obnoxii erant
servituti.
16. Nusquam enim Angelos *c* appre-
hendit, sed semen Abrahæ apprehen-
dit.
17. Unde debuit per omnia *d* fratribus
similari, ut misericors fieret, & fidelis pon-
tifex ad Deum, ut repropitiaret delicta
populi.
18. In eo enim, in quo passus est ipse &
tentatus, potens est & eis, qui tentantur,
auxiliari.

CAPUT III.

k Christus, utpote filius Dei longè excellentior est, quàm Moyses, qui famulus fidelis erat in domo Dei; 1.

II. *Igitur huic in omnibus obtemperemus, ne in modum incredulorum Judæorum ab ejus requie repellamur.* 7.

1. UNde fratres sancti *a*, vocationis cæ-
lestis participes, considerate Apos-
tolum,

m Matth. 28. 18. 1. *Cor.* 15. 26.
n Phil. 2. 8.
o i. ex misericordia.
p Hebr. pateretur.
q adducturus esset.
r Deo auctore.
s Psalm. 21. 23.
t Psalm. 17. 3.
u Isaiæ 8. 18.
x filii & servi.
y factus homo.
z Osee 13. 14. 1. *Cor.* 15. 54.
a ob peccatum quod induxit.
b per promissam immortalitatem.
c angelicam naturam.
d quoad naturam humanam pertinentia.
a professione.

tolum, & pontificem confessionis nostræ Jesum:

b pontificem. c Num. 12. 7.

2. qui fidelis est ei, qui fecit illum *b*, sicut & *c* Moyses in omni domo ejus.

3. Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus, quantò ampliorem honorem habet domus, qui fabricavit illam.

4. Omnis namque domus fabricatur ab aliquo: qui autem omnia creavit, Deus est.

d populo ex parte Dei. e propria, sc. Ecclesia.

5. Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo ejus tamquam famulus, in testimonium eorum, quæ dicenda *d* erant:

6. Christus verò tamquam filius in domo sua *e*: quæ domus sumus nos, si fiduciam, & gloriam spei usque ad finem, firmam retineamus.

f Psalm 94. 8. Infr. 4. 7.

II. 7. Quapropter sicut dicit Spiritus sanctus: *f* Hodie si vocem ejus audieritis,

8. nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundùm diem tentationis in deserto,

9. ubi tentaverunt me patres vestri; probaverunt, & viderunt opera mea.

10. quadraginta annis: Propter quod infensus fui generationi huic, & dixi: Semper errant corde. Ipsi autem non cognoverunt vias meas,

11. sicut juravi in ira mea: Si introibunt in requiem meam.

12. Videte fratres, ne fortè sit in aliquo vestrûm cor malum incredulitatis, discedendi à Deo vivo:

g vos invicem.

13. sed adhortamini vosmetipsos *g* per singulos dies, donec hodie cognominatur, ut non obduretur quis ex vobis fallaciâ peccati.

h gratiæ & corporis Christi. l i. fidem, per quam incipimus spiritualiter in illo subsistere.

14. Participes enim Christi *h* effecti sumus: si tamen initium *l* substantiæ ejus usque ad finem firmum retineamus.

15. Dum dicitur: Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra, quemadmodum in illa exacerbatione.

16. Quidam enim audientes exacerbaverunt, sed non universi qui profecti sunt ex Ægypto per Moysen.

m Num. 14. 37.

17. Quibus autem infensus est quadraginta annis? Nonne illis, qui peccaverunt, *m* quorum cadavera prostrata sunt in deserto?

18. Quibus autem juravit non introire in requiem ipsius, nisi illis, qui increduli fuerunt?

seynd/ so betrachtet nun den Apostel und den hohen Priester unserer Bekanntnuß JEsum:

2. Der dem jenigen getreu ist/ der ihn gemacht hat/ wie auch Moyses war in seinem gantzen Hauß.

3. Dan diser ist grösserer Ehr wehrt gehalten worden/ als Moyses/ wie grössere Ehr der jenig hat/ der das Hauß hat gebauet/ als das Hauß selbst.

4. Dan alle Häuser werden von jemand gebauet: der aber alles erschaffen hat/ diser ist GOtt.

5. Und Moyses zwar ist getreu gewesen in seinem gantzen Hauß/ wie ein Knecht/ zum Zeugnuß deren Dingen/ die hernach solten gesagt werden:

6. Christus aber ist wie der Sohn/ in seinem eygnen Hauß: welches Hauß wir seynd/ so wir anders das Vertrauen und die glorwürdige Hoffnung biß ans End fest behalten.

II. 7. Derohalben/ wie der heilige Geist spricht: Wan ihr heut seine Stimm höret/

8. so verstocket eure Hertzen nit: wie bey der Verbitterung geschahe/ am Tag der Versuchung in der Wüste/

9. da mich eure Vätter versuchten: sie prüfften/ und sahen meine Werck/

10. viertzig Jahr lang: darum war ich zornig über diß Geschlecht/ und sprach: Dise irren immerdar in ihrem Hertzen. Sie aber erkennten nit meine Weeg:

11. So hab ich in meinem Zorn geschworen: Sie sollen zu meiner Ruh nit hinein kommen.

12. Sehet zu/ liebe Brüder/ daß nit etwan jemand unter euch ein boßhafftiges Hertz deß Unglaubens habe/ vom lebendigen GOtt abzuweichen.

13. Sondern ermahnet euch selbst alle Tag/ so lang es heut heisset/ damit nit jemand unter euch durch Betrug der Sünd verstocket werde.

14. Dan wir seynd Christi theilhafftig worden: so wir anderst den Anfang seines Weesens/biß zum End fest behalten:

15. Dieweil gesagt wird: Wan ihr heut seine Stimm höret/ so verstocket eure Hertzen nit/ wie bey jener Verbitterung geschahe.

16. Dan etliche reitzten den HErrn/ nachdem sie ihn gehöret hatten: wiewohl nit alle/ welche durch Moysen aus Egypten gangen waren.

17. Uber welche aber ward er zornig die viertzig Jahr lang? war es nit über die/ so gesündiget hatten/ deren Leiber in der Wüsten seynd nider geschlagen worden?

18. Welchen aber schwur Er/ daß sie zu seiner Ruh nit wurden eingehen/ als denen/ die unglaubig waren?

19. So

19. So sehen wir nun / daß sie wegen deß Unglaubens nit haben hinein gehen können.

Das IV. Capitel.

I. Paulus ermahnt die Hebräer/standhafftig zu seyn im Glauben Christi/ damit sie durch ihn in die ewige Ruh eingehen mögen/ 1.

II. Betrohet die/ so vom Glauben abfallen / mit der Beraubung der himmlischen Freud/ 11.

III. Erinnert / daß wir unser Zuflucht zu Christo haben / der uns in allem ist gleich worden/ 14.

1. SO last uns nun förchten / daß wir die Verheissung / einzugehen zu seiner Ruh nit verlassen / und jemand aus euch erfunden werde / der dahinden bleibe.

2. Dan es ist uns auch verkündiget / gleichwie jenen. Aber das Wort allein gehört / halff jene nichts / da der Glaub nit gethan ward zu dem / was sie gehöret hatten.

3. Dan wir werden eingehen in die Ruh/wir/die da geglaubt haben/wie Er sprach: Als Ich geschworen hab in meinem Zorn sie sollen zu meiner Ruh nit kommen/und zwar zur vollkommnen / so da war mit den Wercken von Anbegin der Welt gemacht.

4. Dan Er sprach an einem Ort von dem sibenden Tag also: und GOtt hat geruhet am sibenden Tag von allen seinen Wercken.

5. Und hie an disem Ort abermahl: Sie sollen nit kommen zu meiner Ruh.

6. Nachdem nun übrig ist / daß etliche eingehen werden zur Ruh / und die / denen es zu erst verkündigt ist / nit seynd darzu kommen / um deß Unglaubens willen :

7. Bestimmt Er abermahl einen Tag nach solcher langen Zeit / und sagt : Heut / durch David / wie gesagt worden: Heut / so ihr seine Stimm hören werdet / so verstocket eure Hertzen nit.

8. Dan so Josue sie hätte zur Ruh bracht / wurde er nit hernach von einem andern Tag gesagt haben.

9. Darum ist noch ein Ruh hinterlassen *a* dem Volck GOttes.

10. Dan wer zu seiner Ruh kommen ist / der ruhet auch von seinen Wercken / gleichwie GOtt von seinen.

II. 11. So last uns nun eylen / einzugehen zu diser Ruh / auf daß nit jemand falle in dasselbig Exempel deß Unglaubens.

12. Dan das Wort GOttes ist lebendig und kräfftig / und schärpffer als ein zweyschneidig Schwerdt / und durchtringet biß zur Trennung der Seel / und deß Geists / auch der Gelenck

a übrig

19. Et videmus, quia non potuerunt introire propter incredulitatem.

CAPUT IV.

I. Judæi ob incredulitatem non introierunt in promissam requiem, & reliquum est ut alii ingrediantur, 1.

II. Ergo curandum est ne ea frustremur, sed credentes Christo vivo Dei verbo, in ipsam admittamur: 11.

III. Habentes in Christo nostrum refugium, Pontificem, & thronum gratiæ. 14.

1. TImeamus ergo ne fortè relicta *a* pollicitatione introeundi in requiem ejus, existimetur aliquis ex vobis deesse.

a neglecta.

2. Etenim & nobis nuntiatum est, quemadmodum & illis: Sed non profuit illis sermo auditus, non admistus *b* fidei ex iis, quæ audierunt.

b Syr. non conjunctus.

3. Ingrediemur enim in requiem, qui credidimus: quemadmodum dixit: *c* Sicut juravi in ira mea: Si introibunt in requiem meam & quidem operibus ab institutione mundi perfectis *d*.

c Psalm. 94. 11.

d i. requiem perfectissimam

4. Dixit enim in quodam loco de die septima sic: *e* Et requievit Deus die septima ab omnibus operibus suis.

e Gen. 2. 2.

5. Et in isto *f* rursùm: Si introibunt in requiem meam.

f loco, sc. Psalm. 94.

6. Quoniam ergo superest introire quosdam in illam, & ii, quibus prioribus annuntiatum est, non introierunt propter incredulitatem:

7. iterum terminat diem quemdam, Hodie *g*, in David dicendo, post tantum temporis *h*; sicut supra dictum est: *l* Hodie si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra.

g i. tempus vitæ.
h à distributione terræ promissæ.
l Supr. 3. 7.

8. Nam si eis Jesus *m* requiem *n* præstitisset, numquam de alia loqueretur, posthac, die.

m Josue.
n perfectam.

9. Itaque relinquitur sabbatismus *o* populo Dei.

o requies alia.

10. Qui enim ingressus est *p* in requiem ejus; etiam ipse requievit *q* ab operibus suis, sicut à suis Deus.

p i. ingredietur.
q requiescet.

II. 11. Festinemus *r* ergo ingredi in illam requiem: ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum.

r Græc. studeamus.

12. Vivus est enim sermo *s* Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens usque ad divisionem animæ, ac spiritûs, compagum quoque ac medul-

s Græcè, ille sermo sc. Christus.

la-

larum, & discretor cogitationum & intentionum cordis.

t Psalm. 33. 16. Eccli. 15. 20.

13. *t* Et non est ulla creatura invisibilis in conspectu ejus: omnia autem nuda & aperta sunt oculis ejus, ad quē nobis sermo.

III. 14. Habentes ergo pontificem magnum, qui penetravit cælos, JESUM filium DEI: teneamus confessionem *u*.

u professionem fidei.

15. Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris; tentatum *x* autem per omnia pro similitudine absque peccato.

x expertum.

† In Miss. Pro Electione Pontif.

16. † Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ *y*: ut misericordiam *z* consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno.

y ad Christum. *z* à Deo per ipsum.

Caput V.

I. Christus noster Pontifex, preces Patri offerens, exauditus est: & factus obtemperantibus causa salutis æternæ: I.

II. Queritur Hebræos non esse reconditorum de Christo mysteriorum capaces. II.

† In Comm. Confes. Pontif.

1. OMnis † namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, & sacrificia pro peccatis:

a compati.

2. qui condolere *a* possit iis, qui ignorant, & errant: quoniam & ipse circumdatus est infirmitate:

3. & propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso offerre *b* pro peccatis.

b hostias. *c Exod.* 28. 1. 2. *Par.* 26. 18. *d* pontificatus.

4. *c* Nec quisquam sumit sibi honorem *d*, sed qui vocatur à Deo, tamquam Aaron.*

e Psalm. 2. 7.

5. Sic & Christus non semetipsum clarificavit ut pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: *e* Filius meus es tu, ego hodie genui te.

f Psalm. 109. 4.

6. Quemadmodum & in alio loco dicit: *f* Tu es sacerdos in æternum, secundùm ordinem Melchisedech.

